581·95691
Lab/ICO
55049.

00055049

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 09 July, 2016

00055049

DECAS PRIMA.

ICONES

Plantarum Syriæ rariorum,

DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATÆ.

AUTORE JACOBO - JULIANO LA BILLARDIERE. M. D.

V
581.95691
Lab/ico
55049

Prix 1 *liv.* 4 *s.*

LUTETIÆ PARISIORUM,

Impensis Autoris, et prostat venalis apud PREVOST; Augustinorum ripâ.
Typog. Circ. Soc. Gallicæ Comœdiæ viâ. No 4.

Cum Approbatione Acad. Reg. Scient. 1791.

Præfatio.

Diversa quæ per Delphinatûs et Sabaudiæ Alpes itinera, Historiæ Naturalis et potissimùm rei herbariæ studio susceperam, novos adhuc menti meæ stimulos, novumque ardorem extraneas regiones adeundi intulerunt.

Asiæ minoris percurrendi montes, Ammanum primùm aggrediendo, cursumque tenendi usque ad Caspium mare consilium iniveram. Dignoscendi veterûm plantas, quarum, pro parte maximâ obscuræ notiones ad nos pervenere, eas quantum possibile præbendi excolendas in Galliâ, silvarum que istius regionis statum notumfaciendi ex quibus res nostra navalis maximum potuisset commodum percipere, animo intendebam. Alexandriam minorem ad Ammani montis silvas ingrediendum, adire mihi oppportebat. Cogitati mei copiam feci domino le Monnier *archiatro hujus celeberrimi naturæ scrutatoris ergà me amicitiæ atque desiderio quo ardet in naturalis hitoriæ incrementum, debeo favorem quo meum propositum excèpit. Gratiâ quâ valebat apud D.* de Vergennes, *pro rebus extraneis regni ministrum usus fuit, ut ad perficiendum meum consilium omnia necessaria mihi concessa fuissent.*

E Parisiis in Massiliam iter feci 19°. *mensis novembris* 1786. *Cum nullus adesset navis in Alexandriam minorem profecturus, trajectum feci in nave versùs Syriam faciente vela* 26 *februarii* 1787, *unde in Alexandriam minorem devehi mihi facillimum fuisset. Aliquot dierum spatio stetimus in insulâ Cypri, ubi maximo cum moerore audivi multis abhinc mensibus in Anthiochiâ atque im maximâ parte pagorum per quos mihi faciendum erat iter, pestem grassari. Paulo post violentissimè sæviit in Alepo, nonnullosque pagos quos in viâ Alexandriæ minoris ad hanc urbem invenire est; propemodùm ex toto destruxit.*

Ammanum montem invisendi oblectationem ad annum sequentem remisi:

sed proposita mea subvertit bellum in quod ingredi Turci coacti fuere.

In Syriam iter habui, obiendo concursandoque montes ultrà Laodiceam ad mare usque ad Carmelum, loca desertis Syriæ confinia Damascumque petendo. In diei itineris ab hac civitate distantiâ, versùs Africum, adest Dgebel Cher *altus mons nive perpetuâ coopertus versùs cacumen in locis depressis septentrionem spectantibus, quique mihi raras in botanicâ divitias suppeditavit. Peste deterritus Ammanum montem fugeram, hanc tamen nusquàm offendendi non me juvit fortuna. A Ptolemaide in Damascum quem, unum abhinc mensem invaserat pestis, nescius proficiscebar. Biduo ab adventu irruit in Capucinorum Monasterium ubi diversatus eram. In montem* Dgebel Cher *subito profectus sexto post die cum redibam domûi præpositum de medio sustulit. In domini* Chabeausseau *medici Gallici ædes confugi. Huic invigilaverat per totum morbi decursum, duobusque primis diebus ab ingressu morbi, pulsum exploraverat. A peste tamen fuit immunis, ut et servus ægroti curæ constanter addictus, usque adeo non raro quosdam invenies in quibus felicissimè non adest contagium suscipiendi dispositio.*

A Damasco in Libanum discessi per montes, pagum Zaale, Elhadet *iter habendo, longior quidem difficiliorque via, sed raris plantis ditior, à Botanicoque imprimis expetenda. Præterea ad Heliopolim aditum præcludebant Metualides. Hanc urbem duce* Djedjà *oppugnavere, cum Damasci gubernator, qui hanc habebat in dominio, in Meccam perigrinabatur.*

Posteà ultra Laodiceam ad mare, Cassium montem arabice vocatum Dgebel Lacara, *invisi.*

Dum in Libano commorabar, novam Astragali gummiferræ speciem observavi de quâ scriptum tradidi Acad. reg. scient. Paris. Quod publicari jussit in suo proximo extraneorum litteratorum volumine.

Hujus montis altitudinem perpendicularem suprà maris superficiem, partim Barometri, partim Graphometri ope dimensus fui. Lato jam Barometro ad Masserkis *monasterium cujus altitudinem* 712 *cum dimi-*

dio orgyarum mihi dederat, nivium resolutionem expectabam, illud deferendi causâ in Libani cacumen arabicè Tummel Mezereb *dictum. Fractum fuit antequam hùc devehendi advenerit tempestas. Graphometrum felicissimè possidebam, cujus ope altitudinem* 779 *orgyarum à monasterio* Masserkis *ad verticem* Tummel Mezereb *geometricè agnovi, Summâque factâ inveni altitudinem perpendicularem* 1491 *cum dimidio orgyarum suprà maris superficiem.*

In vertice perpetuæ nives non commorantur, sed illas videre est in montis depressionibus ad septentrionem versis, ubi adversùs solis radios ex parte tuentur.

Libani incolæ circà cedros sunt Maronitæ, ultrà versùs austrum sunt Grœi, Curdi, Metualides, Drusi: his dominatur princeps Jouseph.

Juxta Elhadet *post nivium liquationem, Beduini nonnulli tabernacula sua collocant, istique pastores Arabi hùc sua conducunt pecora, è quorum proventu victitant. Lacte potissimm vescuntur.*

Hìc Maronitæ, illìc Græci monasteria condidere, ibique culturæ dediti, fructum è locis sibi concessis percipiunt. Ab istis atque ab incolis pagorum excoluntur Zea mays *Lin.* triticum hibernum *Lin* hordeum distichon *Lin.*, panicum miliaceum *Lin.*, cicer arietinum *Lin.* vitis vinifera *Lin.*

Hìc demetitur mensibus duobus seriùs quam in planitie. Ficum caricam *Lin*, juglandem*que* regiam *Lin invenies: in hortis nonnullis* pruni armeniacæ *Lin. varietatem suavissimam Arabicè* Much-Much *dictam possident.*

Magnum utrisque fructum fert Bombicum aeducatio. Si ante mori albæ foliorum exhortum larvæ erumpant, Malvâ rotundifolià *Lin vescuntur.*

Ibi mella suavissima configunt apes. Alii cedris, alii silvis inter resinosas arbores sua committunt alvearia, mensisque septembris finem versùs, ad mellis vindemiam proficiscuntur.

In planitie excoluntur holcus sorgum *Lin*, Goſſypium herbaceum *Lin*, *etc.*

Ex antiquis Libani silvis nil ſupereſt niſi centum circiter cedrorum conglomeratio quingentis orgyis infrà nives perpetuas. Horum ſeptem mole mirandi quorum craſſior ex novem pedum diametro.

Jam dudùm niſi religioſo reſpectu aſſervarentur, nil ex cedris remaneret: attamen unoquoque annò, tranſfigurationis nocte, rami nonnulli comburuntur, etenim ad hunc feſtum celebrandum hùc adducuntur Maronitæ. Torrefactas hîc carnes comedunt, Pyrricham ſaltant, hilarè que pervigilant noctem. Juxtà antiquiſſimarum arborum truncos ſacra faciunt ſacerdotes, praecipuè que Epulas iniendi occaſionem non prætermittunt, nam hîc profuſè circumfertur Libani merum.

Novarum plantarum inſectorumque numeroſam quantitatem ex itinere retuli. Rariorum ſolum-modo eminentiorumque Syriae plantarum icones *in hoc opere tradendi mihi mens est; earumque numerus non provehetur ultrà* 50 *seù* 60.

EXTRAIT des Registres de l'Académie Royale des Sciences, du 12 Mai 1790.

L'ACADÉMIE nous a chargés, M. Desfontaines et moi, de lui rendre compte d'un Ouvrage de Botanique qui lui a été présenté par M. de la Billardière, Docteur en Médecine, ayant pour titre, *Syriæ Plantæ rariores.*

Cet Ouvrage est la première Décade des Plantes nouvelles que M. de la Billardière a découvertes, pendant le voyage de près de deux ans, qu'il a fait dans le Levant, et dont il n'est de retour que depuis très-peu de-tems. Cette première Décade doit être suivie de plusieurs autres, que l'Auteur se propose de publier successivement, après les avoir soumises au jugement de l'Académie.

Celle-ci contient les figures et les descriptions de dix espèces de Plantes inconnues aux Botanistes, et que l'Auteur a nommées: *Crucianella capitata*, *Ruta fruticulosa*, *Dianthus Libanotis*, *Prunus prostrata*, *Fontanesia philliræoïdes*, *Vicia canescens*, *Astragalus hispidus*, *Astragalus emarginatus*, *Astragalus lanatus* et *Exoacantha heterophylla*.

Quoique les figures aient été faites d'après des échantillons desséchés pour l'herbier, cependant elles ont paru rendre la nature avec autant d'exactitude que de grâces.

Chaque dessin représente des rameaux ou des branches, quelquefois même des pieds entiers, avec les fleurs, et presque toujours avec les fruits de chacune des différentes Plantes, ensuite les parties de la fructification ont été disséquées avec soin, et dessinées avec précision, au bas de chaque planche; de sorte qu'il est aisé de se former, en même tems, une idee juste et précise du port de la plante et de son caractère particulier. Cette partie de l'ouvrage fait également honneur au mérite du Botaniste qui l'a dirigée, et aux talens de l'Artiste qui a été chargé de l'exécuter.

Quant à la partie descriptive, qui est en latin, M. de la Billardière l'a faite avec autant d'intelligence que d'exactitude. Il a placé, en tête de chaque description, le nom générique auquel il a joint une épithète

qui exprime, le plus souvent, un des caractères distinctifs de l'espèce : il ajoute ensuite une phrase descriptive, composée d'un petit nombre de mots, et qui renferme, pour ainsi dire, l'analyse de la description totale de la plante.

Les descriptions embrassent toutes les parties des végétaux. L'Auteur commence par décrire les racines; il passe successivement aux tiges, aux feuilles, aux fleurs, aux parties de la fructification, et enfin aux semences. Il fait ensuite de courtes observations sur les particularités des plantes; il indique les lieux où elles croissent naturellement, marque leur durée, et donne l'explication des renvois aux figures. Au moyen de l'ordre adopté par M. de la Billardière, du choix de ses expressions, et sur-tout de l'attention qu'il a eue de se renfermerr dans de justes bornes; ce qui est un mérite qu'on trouve trop rarement dans ces sortes d'ouvrages; ses descsiptions ne sont ni longues, ni diffuses et ont l'avantage de faire connoître parfaitement les êtres qui en sont l'objet.

Ces plantes nouvelles ont été observées, par l'Auteur, dans les plaines de Syrie, près la ville de Damas, sur le Mont-Liban, et quelques-unes, sur le sommet de ces montagnes. La plûpart sont intéressantes, par leur port et l'agrément de leurs fleurs. Il n'est pas douteux que si on les transportoit dans ce pays-ci, elles ne puissent aisément s'y acclimater; cet avantage est d'autant moins à dédaigner, qu'en augmentant la somme de nos connoissances et de nos richesses en botanique, ces plantes augmenteroient encore nos ressources agricoles.

Nous croyons donc que les Agriculteurs et les Botanistes sauront gré à M. de la Billardière, des peines qu'il a prises et des dangers, de plus d'un genre, auxquels il s'est exposé, pour leur procurer la connoissance de ces nouvelles plantes; que son travail ne peut qu'être utile et avantageux aux progrès de la Botanique, et qu'il mérite l'approbation de l'Académie.

Au Louvre, ce 12 Mai 1790. *Signés*, DESFONTAINES, THOUIN.

Je certifie le présent extrait conforme à l'original et au jugement de l'Académie. A Paris, le 13 Mai 1790. DE CONDORCET.

FONTANESIA.

DIANDRIA MONOGYNIA.

Char. essent. *cal.* 4 -- partitus, inferus, *cor.* petala 2, bipartita, *caps*, membranacea non dehiscens, 2 - locularis; loculis 1 -- spermis.

Char. natur. *cal.* 4 -- partitus, foliolis obtusis, inferus, minimus, persistens. *Cor.* bipetala, petalis bipartitis, laciniis ovatis obtusis, concavis. *Stam. filamenta* 2 longa, filiformia, unguibus corollæ inserta, *Antherae* oblongæ bisulcæ. *Pystil. germen* ovatum, *Stylus* compressus, staminibus brevior. *Stig.* 2, inflexo-hamata. *Caps.* non dehiscens, subovata, emarginata, compresso - membranacea, centro bilocularis, [rarissimè trilocularis; trialata,] *Sem.* solitaria, oblonga teretia.

FONTANESIA PHILLIRÆOIDES.

f. Foliis ovato-oblongis, utrinquè acutis, floribus racemosis.

Caulis frutescens, erectus, altus 12 pedes.

Rami oppositi, erecti, juniores 4 - anguli.

Folia sempervirentia, opposita, ovato - oblonga, utrinque acuta, subtus venosa, inferiora ovata, petioli breves geniculati.

Flores racemosi, axillares, flavidi.

Habitat in Syriâ, inter Laodiceam ad mare et montem Cassium. ♄.

Amicissimi mei Desfontaines, Acad. Reg. Scient. Paris., nomen huic generi præfixi.

Observationes.

Hoc genus ad Jasminorum familiam pertinet. Corolla posset censeri monopetala 4 -- partita, laciniis 2 profundioribus, etenim fila-

menta sunt inserta corollæ. Itaquè, *fraxino*, *chionanthoque* affinis. A primo tamen differt fructu biloculari, et à *chionantho* quòd fructus sit capsula, non vero drupa.

Explicatio Tabulæ.

a. Ramus fructibus onustus. *b*. Ramus cum floribus. *c*. Flos. *d*. Petalum lente auctum. *e*. Germen cum calice lente aucta. *f*. Fructus. *g*. Fructus ex uno latere apertus. *h*. Fructus transversè sectus. *i*. Semina duo.

EXOACANTHA.

Pentandria digynia. *Flores pentapetali superi, dispermi.* Umbellatæ. *Sectio prima, involucro universali, parcialique.*

Char. essent. *Involucrum* spinosum, *involucella* dimidiata radiis inæqualibus. *Flores* omnes hermaphroditi, petalis æqualibus, inflexo-cordatis. *Sem.* 2 ovata striata, indè plana.

Char. natur. *Umbella universalis* multiplex, patens, radiis interioribus per gradus minoribus, intimis brevissimis. *Partialis* multiplex. *Involucrum universale* radiis sæpius 12, canaliculatis, apice spinosis. *Partiale* dimidiatum, radio intermedio longissimo, radiis involucri consimili. *Calix* vix notabilis. *Corollæ* uniformes, petalis 5 inflexo-cordatis, æqualibus. *Stamina*, *filamenta* 5 capillaria corollâ longiora. *Antheræ* subrotundæ. *Pistillum*, *germen* inferum, ovatum. *Stili* 2 breviores recti. *Stigmata* 2 simplicia. *Fructus* subovatus, striatus, bipartibilis. *Semina* 2 ovata hinc convexa striata, indè plana.

EXOACANTHA HETEROPHYLLA.

E. Foliis pinnatis, foliolis radicalibus ovatis, dentatis, incisis, caulinis lanceolatis acutis.

Radix simplex crassiuscula.

Caulis bipedalis et altior, striatus, subflexuosus, glaber.

Folia pinnata, glabra, foliolis radicalibus ovatis, dentatis incisis, caulinis lanceolatis, acutis, sæpiùs integris, impari longissimo.

Umbella radiis circiter 40. *Umbellulae* radiis totidem subæqualibus.

Involucella radiis 9 -- 11 dimidiatis, inæqualibus. *Centralia* radiis brevibus setaceis. *Circumferentiæ* radiis tribus intermediis, interdùm quinque canaliculatis apice spinosis, altero longissimo, radiis involucri consimili.

Petala alba.

Antheræ flavescentes.

Fructus subovatus 10 -- striatus.

Habitat propè Nazareth. ♂.

Observatio.

Affinis echinophoræ Lin. ab eâ tamèn differt floribus ecaliculatis, omnibus hermaphroditis, petalis æqualibus, seminibus nudis.

Explicatio Tabulæ,

a. Planta junior ut folia radicalia inspiciantur. *b.* Ramus. (*Naturali proportione.*)

c. Flos anticè. *d.* Flos posticè. *e.* Petalum internè visum. *f.* Germen cum staminibus et pistillis. *g.* Germen cum pistillis. *h.* Stamen unicum.

(*Vitro aucta.*)

CRUCIANELLA CAPITATA.

Tetrandia monogynia. *Flores monopetali dicocci superi.*

Stellatæ.

Char. essent. *Cor.* 1 -- petala, infundibuliformis, tubo filiformi, limbo unguiculato. *Cal.* 2 -- phyllus. *Sem.* 2 linearia.

C. Procumbens, suffruticosa, foliis senis sublinearibus, floribus capitatis, quinquefidis.

Radix horisontalis, perennis, robusta, lignosa.

Caulis palmaris, suffruticosus, debilis infrà nudus, rami filiformes.

Folia sæpiùs sena, ovato-lanceolata, acuta, scabra, lateribus revolutis, in ramis fructificantibus remota, in cæteris approximata.

Flores atri, capitati, alii pedunculati; alii sessiles, involucro monophyllo bipartito 6 -- 7 dentato suffulti.

Florum sessilium. *Calix* seu bractea 3 - dentata. In floribus pedunculatis. *Calix* 3 - phyllus inferus foliolis inæqualibus.

Corolla monopetala, infundibuliformis, *Limbus* 5 -- partitus, laciniis apice unguiculatis inflexis.

Stamina. *Filamenta* 5 brevissima in tubo, ad oras, inserta. *Antheræ* oblongæ bisulcæ, atræ.

Pistillum. *Germen* ovatum compressum, inter calicem et corollam. *Stilus* tubo brevior bifidus, cujus pars altera longior. Stigmata 2 capitata, obtusa.

Capsulæ 2 non dehiscentes, connatæ uniloculares.

Semina, solitaria oblonga.

Habitat in Libano, versùs cacumen. ♃

Obſervatio.

In floribus pedunculatis fructum ſemper immaturum inveni, licet easdem partes ſexuales inspicias, ac in floribus ſeſſilibus.

Explicatio Tabulæ.

1. Planta proportione naturali. 2. Involucrum. 3. Fructus ſeſſilis cujus corolla elapſa. *b.* ejusdem bractea. *c. c.* Flores 2. laterales pedunculati. 4. Flos pedunculatus vitro auctus. 5. Corolla vitro aucta, fiſſa longitudinalitèr ut ſtamina cum piſtillo inspiciantur.

RUTA FRUTICULOSA.

Decandria monogynia. *Flores polypetali æquales.*

Char. eſſent. *Cal.* 5 -- partitus. *Petala* concava. *Receptaculum* punctis melliferis 10 cinctum. *Caps.* lobata.

R. Foliis integris, ſeſſilibus, ovato-lanceolatis, ramisque piloſis.

Caulis ſpithameus, fruticuloſus, inferne ramoſior, ramis piloſis, teretibus.

Folia alterna, integra, ſeſſilia, ovato-lanceolata, piloſa, ſuperiora minora, ſubovata.

Calix minimus, 5 -- partitus, perſiſtens, piloſus, dentibus obtuſis.

Corolla. *Petala* 5. integra, ſeſſilia, ovata, ſubconcava, flavida.

Stamina. *Filamenta* 10. basi lanuginoſa et dilatata, petalis breviora. *Antheræ* quadriſulcæ luteæ.

Piſtillum. *Germen* gibbum, 5 -- lobum, piloſum. *Stilus* clavatus, ſtaminibus duplo-longior. *Stigma* ſimplex.

Capſula 5 -- loba, piloſa, retuſa, 5 -- locularis, quinquefariam apicè dehiscens, rimis, punctisque excavata.

Semina plurima reniformia.

Observatio.

Quinta pars numeri partium fructificationis rariùs excluditur.

Habitat in Syriâ, propè Damascum. ♄.

Explicatio Tabulæ.

1. Planta proportione naturali. 2. Flos antice. 3. Flos postice. 4. petalum unicum. 5. Stamen unicum vitro auctum. 6. Pistillum vitro auctum, dempto calice. 7. Capsula proportione naturali. 8. Lobus unicus capsulæ. 9. Semina.

DIANTHUS LIBANOTIS.

Decandria digynia.

Char. essent. *Cal.* cilindricus, 1-phyllus, basi squamis 4. *petala* 5. unguiculata. *Caps.* cylindrica. 1 -- locularis.

*Sectio * flores aggregati.*

D. Floribus subaggregatis, squamis calycinis senis, acuminatis recurvis, corollis multifido-capillaribus, fauce barbatis, caule erecto.

Radix perennis, subcrassa, subramosa.
Caulis herbaceus, pedalis, erectus.
Folia lanceolata glauca, radicalia obtusa, caulina acuta, recurva.
Flores paniculati, subaggregati.
Calix tubulosus, 5 -- dentatus, striatus, persistens, cinctus basi squamis 6. interdûm 8, rariùs 4, subulatis, infernè dilatatis, membranaceis, calycis tubo paulo brevioribus.
Corolla. Petala 5, multifido-capillaria flavida, infrà limbum interne

pilis raris, punctisque rubris adspersa: ungues calycis longitudine, receptaculo inserti.

Stamina. *Filamenta* 10. filiformia, calice paulo longiora. *Antheræ* compressæ, oblongæ, bisulcæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum. *Stili* 2. subulati, basi tumidi, vix staminum longitudine. *Stigmata* acuminata, recurva.

Capsula ovato-oblonga, unilocularis, 4-valvis.

Semina plurima compresso-membranacea, imbricata, receptaculo libero, pericarpii ferè longitudine, affixa.

Habitat in altis montibus Libani. ♃

Explicatio Tabulæ.

1. 1. Planta naturali proportione. 2. Squama. 3. Calix longitudinaliter fissus. 4. Petalum unicum. 5. Stamina et pistillum. 6. Capsula valvulis usquè ad basim fissis ut receptaculum inspiciatur. 7. Semen unicum vitro auctum.

PRUNUS PROSTRATA.

Icosandria monogynia.

Char. essent. *Cal.* 5-fidus, inferus. Petala 5. *Drupa* nux suturis prominulis.

P. Pedunculis geminis, foliis ovatis, inciso-serratis, eglandulosis, subtus tomentoso-albicantibus, caule prostrato.

Prunus Cretica montana, minima, humifusa, flore suave-rubente. Tournef. Cor. Inst. R. Herb. 43.

Caulis frutescens, prostratus, ramosior.

Folia ovata, utrinque acuminata, inciso-serrata, eglandulosa, subtus tomentoso-albicantia *Petioli* breves. *Stipulæ* lanceolatæ.

Flores sæpius gemini axillares subsessiles, purpurascentes.

Calix, 1 -- phyllus tubulosus, 5 -- fidus, deciduus, laciniis obtusis concavis, intus tomentoso-albicantibus.

Corolla. *Petala* 5, subrotunda, concava, calicis laciniis alterna, ore tubi inserta.

Stamina. *Filamenta* 20 -- 24 subulata, exserta. calicis lateri interno adnata. *Antheræ* suborbiculatæ, peltatæ, flavescentes.

Pistillum. *Germen* superum, ovatum. *Stilus* teres, staminibus longior. *Stigma* orbiculatum.

Drupa ovata, rubra, pulpâ perpaucâ obducta.

Nux ovata, suturis vix prominulis.

Habitat in monte Libano, ad altitudinem perpendicularem 1000 Orgyarum. ♄.

Observatio.

Pastores fructum comedunt.

Explicatio Tabulæ.

1. Ramus proportione naturali. 2. Flos antice. 3. Petalum unicum. 4. Calyx absque petalis, ut ejus dentes, inspiciantur. 5. Calyx vitro auctus longitudinaliter fissus, ut stamina germenque, appareant. 6. Stamen unicum vitro auctum. 7. Drupa proportione naturali. 8. Drupa aperta. 9. Nucleus.

VICIA CANESCENS.

Diadelphia decandria. *Stigma pubescens.*

Char. essent. stigma latere inferiore transverse barbatum.

*Sectio * pedunculis elongatis.*

V. Pedunculis elongatis multifloris, foliis superioribus subcirrhosis, stipulis semi-sagittatis integris, foliolis ovali-oblongis, lanugine canescentibus.

Panta tota lanugine canescens.

Caulis herbaceus, erectus, pedalis et altior, tetragonus, substriatus.

Folia inferiora impari-pinnata, superiora filamento subcirrhoso. Foliola 5 — 22 aut 23 alterna, alia opposita sessilia, ovato-oblonga. *Stipulæ* semi-sagittatæ, integræ.

Flores laxè spicati secundi, è pedunculo axillari, elongato cærulei.

Calix subcampanulatus suprà gibbus, dentibus 2. superioribus brevioribus, conniventibus.

Corolla papilionacea.

Vexillum ovale, apice emarginatum, lateribus reflexum, ungue lato brevi.

Alæ vexilli longitudine, semicordatæ, ungue subfiliformi oblongo.

Carina ventriculo compresso, semiorbiculato, alis breviore, ungue bipartito, oblongo.

Stamina, *Filamenta* subdiadelpha (simplici versus mediam partem connato in vaginam, basique soluto) *Antheræ* erectæ, sub-rotundæ, quadrisculæ.

Pistilum. *Germen* fusiformi-compressum, tomentosum, pedicellatum. *Stilus* filiformis brevior, ad angulum rectum adscendens. *Stigma* obtusum, sub apice transverse barbatum.

Legumen subnaviculare compressum, tomentosum.
Semina 3 — 4 subrotunda.

Habitat versùs cacumen montis Libani. ⊙

Explicatio Tabulæ.

1. Portio caulis naturali proportione. 2. *a.* vexillum. *b. b.* Alæ. *c.* Carina. 3. Calix longitudinaliter fissus ut stamina et pistillum inspiciantur. 4. Stamina. 5. Germen lente auctum. 6. Legumen. 7. Legumen apertum.

ASTRAGALUS

HISPIDUS.

Diadelphia Decandria. *Legumen subbiloculare.*

Char. essent. Legumen biloculare gibbum.

*Sectio ** caulibus foliosis, diffusis.*

A. Caulescens, procumbens, foliolis leguminibusque ovato-oblongis, hispidis, corollis calice brevioribus.

Radix perennis, simplex.
Caulis herbaceus, procumbens, pilosus, vix semipedalis.
Folia pinnata, *stipulis* integris, ovato-oblongis, hispidis. Foliola 9 — 11. ovato-oblonga, pilis appressis, rigidis, basique tuberculatis hispida.
Flores spicati, flavescentes, bracteis lanceolatis hispidis suffulti.
Calix monophyllus, hispidus, ultrà medium 5 — partitus, laciniis filiformibus longis inæqualibus.
Corolla papilionacea.
Vexillum alis carinâque paulo longius, rectum, lateribus subcompressum.

Alæ semicordatæ, ungue subfiliformi oblongo.

Carina ungue bipartito, ventriculo compresso, acuto, aliis brevior.

Stamina. *Filamenta* diadelpha (simplex et novem fidum) subincurva. *Antheræ* subrotundæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum, hispidum. *Stilus* longitudine staminum, adscendens. *Stigma* globosum.

Legumen semibiloculare, ovato-oblongum, subcompressum, hispidum.

Semina, perpauca, reniformia.

Habitat in Libano. ♃

Explicatio Tabulæ.

1. Planta, naturali proportione. 2. *a.* Vexillum. *b. b.* Alæ. *c.* Carina. 3. Calix supra longitudinaliter fissus, ut stamina pistillumque inspiciantur. 4. Legumen. 5. Legumen apertum. 6. Semen unicum.

ASTRAGALUS

EMARGINATUS.

Diadelphia Decandria. *Legumen subbiloculare.*

Char. essent. legumen biloculare, gibbum.

*Sectio *** scapo nudo, absque caule folioso.*

A. Subacaulis, scapis longissimis, capitulis globosis, leguminibus lanatis.

Astragalus armenus incanus, foliorum conjugationibus densissimis. Tournef. Cor. 29.

Tragium dioscoridis, sucudus avicennæ. Rauvolf. It. 123. Fig.

Caulis vix ullus, herbaoeus.

Folia impari pinnata, spithamea, petiolata, foliolis 43 -- 51, ovato-oblongis emarginatis, tomentosis. *Stipulæ* ovato-lanceolatæ, emarcidæ.

Scapus longissimus, pubescens, leviter striatus.

Flores globoso-capitati, purpurascentes, *bracteis* lanceolatis, pilosis.

Calix monophillus, tubulatus, pilosus, 5 - dentatus, suprà profundiùs fissus, denticulis superioribus minoribus.

Corolla papilionacea.

Vexillum alis longius, subovatum, oblongum, emarginatum, obtusum, lateribus reflexum.

Alæ carinâ longiores, lanceolatæ, ungue subfiliformi.

Carina ventricoso compresso, acuto, lateribus emarginato, versùs basim fissa.

Stamina. *Filamenta* diadelpha. (simplex et novemfidum) subincurva. *Antheræ* ovatæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum, lanatum. *Stilus* subulatus incurvus. *Stigma* obtusum.

Legumen semibiloculare, subovatum, acutum, suprà depressum, lanâ subrufâ obvolutum.

Semina perpauca subreniformia.

Habitat in Libano. ♃

Explicatio Tabulæ.

1. 1. 1. Planta proportione naturali. 2. *a.* Vexillum expansum *b. b.* Alæ. *c.* Carina. 3. Calix suprà longitudinaliter fissus ut stamina et pistillum videantur. 4. Calix cum pistillo, demptis staminibus et corollâ. 5. Legumen. 6. Legumen valvis separatis. 7 Semen.

ASTRAGALUS

LANATUS.

Diadelpha decandria. *Legumen biloculare.*

Char. essent. Legumen biloculare gibbum.

Sectio. *** *scapo nudo, absque caule folioso.*

A. Acaulis scapo nudo, longitudine foliorum, leguminibus densè spicatis, lanatis, semicordatis, triquetris, subulatis, foliis villosis.

Radix simplex, horisontalis, sublignosa, perennis.

Folia radicalia, bipollicaria, impari pinnata, *foliolis* 11 -- 23 ovatis, tomentosis, sessilibus. *Stipulæ* lanceolatæ externè pilosæ.

Scapus adscendens, teres, pilosus, foliorum longitudine.

Flores densè spicati, bracteati, bracteis filiformibus pilosis.

Calix oblongus tubulatus, 5 --- dentatus, pilosus, denticulis superioribus minoribus, in adulto fructu ventricosus, suprà fissus.

Corolla papilionacea, flavescens.

Vexillum alis carinâque longius ovato-lanceolatum, rectum.

Alæ vix carinâ longiores, semicordatæ, ungue subfiliformi, oblongo.

Carina ventriculo compresso, acuto, ungue basi fisso.

Stamina. *Filamenta* diadelpha (simplex et novemfidum) subincurva. *Antheræ* subrotundæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum, lanatum. *Stilus* subulatus adscendens. *Stigma* globosum.

Legumen semicordatum, triquetrum, subulatum, suprà compressum, lanatum, semibiloculare, bivalve.

Semina pauca reniformia.

Habitat in Libano. ♃

Explicatio Tabulæ.

1. Planta florigera, naturali proportione. 2. Planta fructigera naturali proportione. 3. *a*. Vexillum. *b. b*. Alæ. *c*. Carina. 4. Calix suprà longitudinaliter fiſſus ut stamina pistillumque inspiciantur. 5. Calix cum pistillo. 6. Legumen cum calice. 7. Legumen apertum.




Maleuvre sculp.

Fontainesia phillirœoides



Rose Roland del.

Exoacantha heterophilla



P. J. Redouté del.　　　　Voisar sculp.

Crucianella capitata.



Henr. Redouté del.

Maleuvre sculp.

Ruta fruticuloſa



Henr. Redouté del.

Dianthus libanotis.



P. J. Redouté del. Sellier sculp.

Prunus prostrata.




Henr. Redouté del. Aubry sculp.

Vicia canescens.




Henr. Redouté del. Guyard sculp.

Astragalus hispidus.



Henr. Redouté del. *Voisar sculp*

Astragalus emarginatus.



P. J. Redouté del. Sellier sculp

Astragalus lanatus

ICONES

Plantarum Syriæ rariorum,

DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATÆ.

AUCTORE JACOBO-JULIANO LA BILLARDIERE. M. D.

DECAS SECUNDA.

IMPENSIS AUCTORIS PROSTAT

PARISIIS, apud PRÉVOST, Auguſtinorum ripâ.
.... Theophil. Barrois jun. Auguſtinorum ripâ.
.... Typog. Circ. Soc. Gallicæ Comœdiæ viâ, N°.4.
ARGENTORATI .... ARMAND. KŒNIG.
TAURINI .... Fratres REYCENDS.
FRANCOFURTI .... VARRENTRAPP et VENNER.

Cum Approbatione Acad. Reg. Scient. 1791.

EXTRAIT des Régistres de l'Académie Royale des Sciences, du 11 Mai 1791.

Nous avons examiné, par ordre de l'Académie, M. Desfontaines et moi, un ouvrage latin de M. de la Billardiere, Docteur en Médecine, ayant pour titre : *Syriæ plantæ rariores decas 2a.*

M. de la Billardiere a présenté à l'Académie, l'année dernière, la première Décade de cet ouvrage; elle a mérité son approbation. Depuis, il a fait hommage à la Compagnie de cette même Décade imprimée. Celle dont nous rendons compte aujourd'hui n'est pas moins intéressante que la première : elle contient les descriptions et les figures de dix plantes que l'Auteur a nommées : *Amaryllis montana*, *Cynoglossum Myosotoides*, *Carduus diacantha*, *Xeranthemum frigidum*, *Salsola echinus*, *Campanula virgata*, *Periploca angustifolia juniperus drupacea*, *Anthyllis Tragacanthoides*, *Hypericum alternifolium.*

Toutes ces plantes ont été découvertes par M. de la Billardiere dans les plaines et sur les hautes montagnes de Syrie, pendant le séjour de deux années qu'il a fait dans cette partie du monde. Huit de ces plantes sont nouvelles, n'ayant pas encore été décrites ni figurées par aucun Botaniste ; les deux autres, savoir, le *Cynoglossum Myosotoides* et l'*Anthillis Tragacanthoides*, étoient déjà connues. Il existe depuis long-tems, dans l'herbier de M. de Jussieu, des échantillons du *Cynoglossum Myosotoides* sous le nom d'*omphalodes Ægyptiaca lithospermi minoris folio et. facie.* M. de la Marck, qui a décrit cette même plante dans son Dictionnaire de Botanique, d'après les exemplaires conservés dans l'herbier de M. de Jussieu, l'a nommée *Cynoglossum Lithospermifolium*, en français, Cynoglosse à feuilles de grémil. Cette description, quoiqu'aussi exacte qu'il ait été possible de la faire sur des échantillons secs, est cependant incomplète à

quelques égards. M. de la Billardière, qui a observé la plante en question dans son pays natal, la décrit complétement, indique sa durée, le lieu où elle croit, et joint à cette description une figure très-exacte ; ce qui ne laisse rien à désirer sur l'histoire de cette jolie espèce de Cynoglosse.

L'anthyllis Tragacanthoides a été connue, décrite et figurée incomplétement par Rauwolf. Daléchamp et Morison en ont fait mention, mais d'après Rauwolf, dont ils ont même copié la figure. M. de la Billardiere donne une description détaillée de cette plante rare et intéressante, avec un dessin qui en rend exactement toutes les parties.

Quant aux huit autres plantes nouvelles, l'Auteur les a décrites avec sa précision et son exactitude ordinaire. Ses figures sont aussi soignées que celles de la première Décade ; et ne leur cèdent en rien pour la correction du dessin et le développement des parties de la fructification.

Nous croyons donc que cette seconde Décade qui complète les connoissances acquises et augmente le nombre des plantes connues, est utile aux progrès de la Botanique ; qu'elle sera reçue des Botanistes avec empressement, et qu'elle mérite l'approbation de l'Académie.

Au Louvre, le 11 Mai 1791. *Signés*, DESFONTAINES, THOUIN.

Je certifie le présent extrait conforme à l'original et au jugement de l'Académie. A Paris, le 12 Mai 1791. CONDORCET.

AMARYLLIS MONTANA.

Hexandria monogynia. *Flores spathacei seu glumacei.*

Char. essent. *Cor.* 6-petala, campanulata. Stigma 3-fidum.

A. Spathâ multiflorâ, foliis lineari-subulatis, petalis alternis mucronatis, genitalibus erectis.

Caulis erectus, subflexuosus, sæpè ramosus, foliosus, vix striatus.

Folia lineari-subulata, vaginantia, caulina semi-amplexicaulia, basi membranacea.

Flores paniculati, terminales sæpiùs umbellati.

Spatha polyphilla, foliolis numero florum, lanceolatis, marcescentibus.

Corolla. Petala 6, oblonga, cærulea, tria alterna apice mucronata, cætera obtusa.

Stamina. *Filamenta* 6, filiformia, recta, laciniis corollæ ad ungues inserta, quorum tria breviora petalis mucronatis affixa. *Antheræ* oblongæ 4-sulcæ.

Pistillum. *Germen* inferum; turbinatum. *Stylus* filiformis, rectus, staminibus longior. Stigmata 3 recurva.

Capsula ovato-oblonga, infernè attenuata, vix striata, trilocularis, trivalvis.

Semina plura, ovato-oblonga, atra.

Habitat in altis montibus Libani. ♃

Explicatio tabulæ.

1. Planta. 2. Flos, cujus petala duo secta ut stamina pistillumque inspiciantur. 3. Capsula apertâ. 4. Semen. *Omnia naturali proportione.*

CYNOGLOSSUM MYOSOTOIDES.

Pentandria monogynia. *Flores monopetali, inferi, tetraspermi.*

Asperifoliæ.

Char. essent. *Cor.* infundibuliformis, fauce clausâ fornicibus. *Semina* depressa, interiore tantùm latere stylo affixa.

C. Arillis calathiformibus glabris, striatis, tuberculatis, margine dentatis, foliis pilosis, tuberculosis, integris, radicalibus spatulato-lanceolatis.

Cynoglossum, foliis oblongis, pilosis, scabris, caulinis perpaucis, sessilibus. Seminibus umbilicatis, rugoso-sulcatis, lævibus. *La Marck dict. tom.* 2. *p.* 240.

Caules sæpè plures in eodem cespite, subfiliformes, adscendentes, vix semipedales, pilosi, sæpiùs simplices.

Folia integra, tuberculosa, pilosa, aspera, radicalia petiolata, spatulato-lanceolata, caulina sessilia, lineari-lanceolata.

Flores laxè spicati, pedicellati, erecti, solitarii.

Calix persistens, pilosus; 5-partitus, laciniis subovatis.

Corolla monopetala, infundibuliformis, minima, cærulea, vix calice longior; *tubus* brevissimus, *limbus* 5-fidus, laciniis rotundatis; *faux* clausa squamulis 5, glandulosis, conniventibus.

Stamina. Filamenta 5, brevissima intrà tubum. *Antheræ* globosæ.

Pistillum. *Germina* 4. *Stylus* subulatus, persistens. *Stigma* emarginatum.

Arilli 4, calathiformes, ovati, glabri, tuberculati, margine membranaceâ denticulatâ cincti, non dehiscentes, monospermi, immaturi receptaculo pyramidali tetragono affixi.

Semina totidem complanata, ovata, acuta, glabra.

Habitat in summo cacumine montis Libani. ♃

Explicatio tabulæ.

1. Planta floribus, fructibusque immaturis onusta. 2. Planta fructigera. 3. Flos. 4. Calyx. 5. Corolla fissa et expansa ut stamina, squamulæ que glandulosæ inspiciantur. 6. Fructus. 7. Arillus separatim. 8. Semen. 9. Receptaculum pyramidale. *Omnia proportione naturali.*

CARDUUS DIACANTHA.

Syngenesia polygamia æqualis. *Capitati.*

Char. essent. *Cal.* Ovatus, imbricatus squamis spinosis; *recept.* pilosum.

*Sectio ** foliis simplicibus.*

C. Foliis sessilibus; lanceolatis, subtùs tomentosis, spinis binatis, floribus corymbosis.

Caulis bipedalis, rectus, simplex, striatus, tomentosus.

Folia lanceolata, subrepanda, margine reflexo, sessilia, subtùs albido - tomentosa, supernè glabra, nervis albido-tomentosis. Spinæ marginales binatæ, rarò ternatæ aut solitariæ, inæquales, divergentes, flavidæ; terminali solitariâ.

Flores pauci, corymbosi, pedunculis unifloris, striatis, tomentosis, modò nudis, modò foliolo uno, alterove obvestitis.

Calyx *communis* ovatus, imbricatus, *squamis* ovato-lanceolatis, pubescentibus, apice in mucronem subulatum, rigidum, longum, spinosum abeunte, inferioribus reflexis.

Corolla *composita.* Flores flosculosi, omnes hermaphroditi; flosculi filiformes, supernè dilatati, *limbus* 5-fidus, violaceus, laciniis subulatis; erectis, inæqualiter fissis.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia, filiformia, supernè pilosa; *antheræ* in cylindrum coalitæ, exsertæ, basi extùs setosæ.

Pistillum. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, staminibus longiòr, *Stigma* articulatum, subulatum, simplex, raro bifidum, aut stigmata duo tàm arctè inter se coalita ut sæpiùs unicum efficere videantur.

Semina obversè ovata, glaberrima, fusca. *Pappus* sessilis, leucophæus, plumoso-setosus.

Receptaculum concavum, setosum.

Habitat in Libano. ⊙

Observatio.

Affinis carduo casabonæ *Lin.*; differt spinis binatis, validioribus, floribus pedunculatis, corymbosis, majoribus, nervis foliorum paginâ superiore albido tomentosis.

Explicatio tabulæ.

1. 1. Planta. 2. Germen cum pappo, flosculoque. 3. Flosculus antheræque longitudinaliter fissæ. 4. Germen cum pappo, demptâ corollâ. 5. Semen. *Omnia naturali proportione.*

XERANTHEMUM

XERANTHEMUM FRIGIDUM.

Syngenesia polygamia superflua. *Discoidei.*

Char. essent. *Recept.* paleaceum. *Pappus* setaceus. *Cal.* imbricatus radiatus, radio colorato.

*Sectio *** receptaculo nudo, pappo plumoso.*

X. Receptaculo nudo, pappo plumoso, caulibus herbaceis, foliis ovato-oblongis, tomentosis, imbricatis, seminibus pilosis.

Radix lignosa, perennis.

Caules herbacei, confertissimi, densi, adscendentes, semipalmares.

Folia ovato-oblonga, tomentosa, canescentia, imbricata, appressa, inferiora emarcida, subatra.

Flores in ramis solitarii, terminales.

Calix *communis* imbricatus *squamis* ovato-lanceolatis, membranaceis, niveis, exterioribus ad basim tomentosis, intimis disco longioribus, radium constituentibus.

Corolla *composita*, corollulæ uniformes, omnes hermaphroditæ, monopetalæ, infundibuliformes, limbo 5-fido patulo.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia, capillaria. *Anthera* cilindracea, tubulosa, longitudine ferè corollulæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum, pilosum. *Stylus* filiformis, vix staminibus longior, *stigmata* duo oblonga.

Semina oblonga, pilosa, pappo plumoso, clavato, niveo coronata.

Receptaculum nudum, planiusculum, punctatum.

Habitat in Libano atquè Corsicâ juxtà nivem, interrupium fissuras. ♃

Observatio.

Hanc plantam ad xeranthemum referre non dubito, licet corollulæ omnes sint hermaphroditæ.

Explicatio tabulæ.

1. Planta *naturali proportione.*

Figuræ subsequentes vitro auctæ.

2. Folium. 3. Receptaculum. 4. Calycis squama exterior. 5. Calycis squama interior. 6. Germen cum pappo flosculoque. 7. Corollula, antheraque longitudinaliter fissæ. 8. Germen cum pappo, demptâ corollulâ.

SALSOLA ECHINUS.

Pentandria digynia. *Flores incompleti.*

Char. essent. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Caps.* 1-sperma. *Sem.* cochleatum.

S. Fruticosa, glabra, foliis subulatis, muticis, spinis divaricatis, floriferis.

Frutex pedalis, ramosissimus, densus; *rami* erecti, flexuosi, glabri, flavidi; *spinæ* validæ, axillares, solitariæ, unciales, divaricatæ, modò simplices, modò ramosæ, floriferæ.

Folia alterna, subulata, mutica, rigidula, glauca, glabra, margine ad basim utrinque membranacea, spinis subtùs adpressa, in adulto rara.

Flores sessiles solitarii, vel glomerati, alii ex ipsismet spinis, alii ex earumdem axillâ. Foliola ternata, subulata, margine membranacea, florem singulum cingentia, inferiore paulo majore.

Calyx pentaphyllus persistens, laciniis membranaceis, acutis, cinctis dorso squamis totidem rotundatis, inæqualibus, membranaceis, scariosis, maturo fructu orbiculatim conniventibus.

Corolla nulla, nisi calycem dicas corollam.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia, post antherarum elapsum ad pistilli altitudinem se se extollentia. *Antheræ* pistilli longitudine, hastatæ.

Pistillum. *Germen* ovatum. *Stylus* 1. Compressus, *stigmata* 2 subulata, recurva.

Capsula ovata, membranacea, monosperma, apice appendiculata, basi discedens.

Semen unicum cochleatum.

Habitat in altis montibus Libani. ♄

Explicatio tabulæ.

1. Rami floribus fructibusque onusti. *Naturali proportione.* 2 Ramulus plantæ junioris. 3. Foliola tria cum flore in centro. 4. Flos junior. 5. Calyx explicatus cum staminibus in centro. 6. Stamen anticè *vitro auctum.* 7. Stamen postice *vitro auctum.* 8. Flos adultus. 9. Calycis lacinia cum squamâ dorsali majore. 10 Calycis lacinia cum squamâ dorsali minore. 11. Capsula cum stylo stigmatibusque. 12. Semen. *Vitro auctum.*

CAMPANULA VIRGATA.

Pentandria monogynia. *Flores monopetali superi.*

Char. essent. *Cor.* Campanulata, fundo clausa valvulis staminiferis; *stigma* trifidum; *caps.* infera, poris lateralibus dehiscens.

C. Ramis virgatis, foliis lanceolatis, utrinque acutis, dentatis, scabriusculis, corollis profundè partitis, floribus binis, sessilibus.

Caulis erectus, striatus, pedalis et altior, vix foliosus, ramis patentibus, virgatis.

Folia radicalia, petiolata, lanceolata, utrinque acuta, dentata, scabriuscula.

Flores sessiles, remoti, sæpius bini, cærulescentes, bracteà longitudine germinis suffulti.

Calyx 5-partitus, superus, laciniis acutis.

Corolla monopetala, campanulata, 5-partita, laciniis lanceolatis, ferè ad basim fissis.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia, subulata, basi dilatata, excavataque. *Antheræ* subulatæ, filamentis longiores.

Pistillum. *Germen* inferum, turbinatum, angulatum. *Stylus* filiformis staminibus longior. *Stigma* clavatum, crassiusculum, adultum tripartitum, laciniis reflexis.

Capsula turbinata, angulata, trilocularis, tribus foraminibus lateraliter dehiscens.

Semina numerosa.

Habitat in Libano. ♂

Observatio.

Hæc planta essentialiter differt à *campanulâ limoniifoliâ. Lin.* quæ eadem est ac campanula orientalis limonii minimi facie. Tournef. cor. 3. licet ex linnæanâ descriptione non possit erui an sit ejusdem plantæ mera varietas. Non potui invenire plantam Tournefortii; sed vidi apud D. de Jussieu, hujus plantæ iconem incœptam, in quâ flores vix semi-partiti, non verò ferè ad basim, ut in campanulâ virgatâ. Hoc sufficit ad differentiam specificam; cæteroquin folia dentata sunt et scabriuscula.

Explicatio tabulæ.

1. Planta. 2. Flos. 3. Stamen. 4. Pistillum cum calyce, demptâ corollâ. *Omnia naturali proportione.*

PERIPLOCA ANGUSTIFOLIA.

Pentandria digynia. *Flores monopetali inferi.*

Char. essent. Contorta, nectarium ambiens genitalia, filamenta 5 exerens.

P. fruticosa, foliis aveniis, glabris, angusto-lanceolatis, perennantibus, folliculis horisontalibus, basi oppositis.

Caulis frutescens, 3-5-pedalis, erectus, ramosus, interdum apice scandens.

Folia opposita, alia fasciculata, perennantia, avenia, glabra, lanceolata, utrinque acuta, quandoque obtusa, integerrima. *Petioli* breves, tuberculis duobus oppositis suffulti.

Florum panicula axillaris, longitudine foliorum.

Calyx 5-partitus, exiguus, laciniis ovatis, obtusis, adulto fructu deciduus.

Corolla Monopetala, 5-partita, rotata, plana, laciniis oblongis emarginatis, ex alterâ parte productioribus, intùs purpurascentibus, oris pallidè flavis, puncto versùs medium albido, subtomentoso.

Squamulæ purpurascentes subfimbriatæ, (*Nectarium lin.*) inter quas prodeunt filamenta 5 purpurea, arcuata ex laciniarum corollæ sinubus orta. Squamæ 5 villosæ pedicellatæ, intùs biloculares germen cingentes. (*Stamina lin.*)

Corpuscula 5 (an stamina?) basi clavata (filamenta) peltæ stylorum subtùs affixa, quorum apex fissus, pulverulentus, (antheræ?) in loculis squamarum receptus.

Pistillum. *Germen* minimum, bifidum. *Styli* 2 breves; *stigmata* 2 peltâ carnosâ pentagonâ, corpuscula clavata excipiente, cooperta.

Capsulæ 2 lanceolatæ, acutæ, læves, horisontales, sessiles, basi oppositæ, uniloculares, univalves.

Semina plurima, oblonga, compressa, imbricata, pappo setoso, albo, coronata.

Habitat juxtà Laodiceam ad mare et in insulâ Lampedosâ. Observata in monte Atlas à D. Desfontaines.

Explicatio Tabulæ.

1. Ramus florifer. 2. Ramus fructibus onustus. 3. Flos anticè. 4. Laciniæ duæ corollæ ut inspiciantur filamentum arcuatum *a* squamulæ purpurascentes, *b. b.* Squama pedicellata, *c.* 5. Calyx cum pistillo peltâque carnosâ. *Omnia proportione naturali.* 6. Corpusculum clavatum, *vitro auctum*, cujus clava *a* apex *b.* 7. Capsula *naturali proportione.* 8. Semen cum pappo.

JUNIPERUS DRUPACEA.

Dioecia monadelphia.

Char. essent. MASC. *amenti.* calyx squamæ; *Cor.* nulla. *Stam.* 3.... FOEM. *Cal.* 3-partitus, *petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* 3-sperma, tribus tuberculis calycis inæqualis.

J. Foliis ternis, patentibus, acutis, drupâ triplo brevioribus, nuce 3-loculari.

Caulis frutescens, erectus, ramosior, ramis patentibus, ramuli triquetri.

Folia terna, patentia, sessilia, lanceolata, acuta, suprà lineâ duplici subglauca.

Flores masculos fœmineosque non vidi.

Drupa testacea, rore glauco adspersa, foliis sæpè triplo longior, magna, subrotunda; tuberculis 6 sæpius 9 retusis angulata, exsculptaque.

Nux subovata, magna, trilocularis, loculis parvis, durissima, supernè lineis tribus excavata; *nuclei* solitarii, ovato-oblongi, pelliculâ loculorum fundo affixi.

Habitat in monte Cassio quem Arabi vocant *djebel lacara.*

Observatio.

Hæc est fortè *Juniperus major Petr. Bellon. observat. lib.* 2, *p.* 162 *in carol. clus. exotic. libris decem, in-fol.* de quâ sic loquitur. „ In monte Tauro Juniperos majores in cupressi altitudinem assurgentes invenimus, fructu dulci, nucis ferè magnitudine et „ gallæ quodam modo similes, quo indigenæ vescuntur, ut ex „ nucleis hinc indè à nobis in itinere collectis, et ab his qui „ pulpam exederant, abjectis, observabamus. Ii sunt longitudine „ et crassitudine nuclei olivæ, adeo duri, ut solo mallei ictu frangi „ quirent. Inter reliquas arbores in Tauro monte nascentes, post „ cedrum, primas obtinet, perpetuòque viret. Ejus vera delineatio „ et descriptio invenietur in libro cui titulum fecimus *de arboribus* „ *perpetuâ fronde virentibus.* „

Hoc libro consulto, mihi observandum est ut et observat ipse clusius, *quæ hactenùs vidi Bellonii exemplaria de coniferis, neque delineationem, neque descriptionem Juniperi majoris habent.*

Explicatio tabulæ.

1. Ramus fructibus onustus. 2. Fructus. 3. Nux. 4. Nux transversè sectus. 5. Nucleus. *Omnia naturali proportione.*

ANTHYLLIS TRAGACANTHOIDES,

Diadelphia decandria.

Char, essent Cal. ventricosus; *legumen* subrotundum, tectum.

*Sectio ** fruticosæ.*

A. Fruticosa, foliis pinnatis, tomentosis, petiolis spinescentibus, floribus racemosis.

Rauvolf it. 281. *fig. mala.*

Tragacanthæ alterum genus. *Dalech. hist. gen. append. p.* 32. *vol.* 2. fig. Rauvolfii.

Moris. hist. univers. append. sect. 2a. tab. 25. fig. Rauvolfii.

Caulis fruticosus, spithameus, dumosus.

Folia pinnata, petiolis spinescentibus, tomentosis; *stipulæ* integræ.
Foliola, 22-32, ovata, acuta, sessilia, tomentosa.

Flores purpurascentes, racemosi, sessiles, pedunculo communi axillari, foliis longiore.

Calyx monophyllus, ventricosus, tomentosus, ore 5-dentato, inæquali, persistens, squamâ suffultus, foliolis 2 lateralibus stipulaceis, filiformibus, tomentosis; adultus purpureo-venosus.

Corolla papilionacea.
Vexillum reflexo-compressum, alis carinâque vix longiùs.
Alæ semicordatæ, ungue filiformi, oblongo.
Carina compressa, subincurva, ad basim fissa.

Stamina. *Filamenta* diadelpha, (simplex et novemfidum,) subincurva
Antheræ ovatæ.

Pistillum. *Germen* oblongum, subvillosum. *Stylus* vix staminibus longior; *stigma* globosum.

Legumen subovatum, suprà depressum, subvillosum, uniloculare, bivalve, calyce inflato tectum.

Semina

Semina 3-4 reniformia.
Habitat in Libano.

Explicatio tabulæ.

1. Frutex. 2. *a.* Vexillum. *b. b.* Alæ, *c.* carina. 3. Calyx longitudinaliter fissus ut stamina pistillumque inspiciantur. 4. Legumen calyce tectum; *a* corolla emarcida. 5. Legumen dempto calyce. 6. legumen apertum ut semina videantur. *Omnia naturali proportione.*

HYPERICUM ALTERNIFOLIUM.

Polyadelphia polyandria.

Char. essent. *Cal.* 5-partitus; *petala* 5. *Filamenta* multa in 5 phalanges basi connata.

*Sectio * pentagyna.*

H. Floribus pentagynis, calycibus foliaceis, caule herbaceo, foliis alternis, ovatis, acutis.

Planta glauca.

Caulis pedalis et ultrà, herbaceus, erectus, simplex aut ramosus; *rami* alterni, flexuosi, uniflori.

Folia alterna, ovata, acuta, crassiuscula, punctis utrinque impressis.

Flores paniculati, in ramis solitarii, terminales.

Calyx monophyllus, vix ultrà medium 5-partitus, laciniis ovatis, acuminatis, basi cinctus squamis foliaceis.

Corolla. *Petala* 5 ovata, ex uno latere longè productiora, concava, coriacea; squamis utrinque ad unguem, petala alterna Amplexantibus.

Stamina. *Filamenta* numerosa, capillaria, basi coalita in 5. et ultrà phalanges; *antheræ* orbiculatæ, peltatæ.

Pistillum. *Germen* subrotundum; *styli* 5, staminum longitudine. *Stigmata* simplicia, acuta.

Capsula subrotunda 5-locularis.

Semina plura.

Crescit in aridis, juxtà Syriæ desertum. ♃.

Explicatio tabulæ.

1. 1. Partes caulis, quarum altera ætate provectior. 2. Flos nondum expansus, ut calycis squamæ foliaceæ inspiciantur. 3. Flos expansus. 4. Petalum. 5. Stamina cum pistillo. *Omnia naturali proportione.* Stamen *lente auctum.*



P. J. Redouté del.


Sellier sculp.

Amaryllis montana.



P. J. Redouté del. Milsan sculp.


Cynoglossum Myosotoides.



H. J. Redouté del.


Carduus diacantha.

Maleuvre sculp.




P. J. Redouté del. Milsan sculp.

Xeranthemum frigidum.



H. J. Redouté del. Sellier sculp.


Salsola echinus.



H. J. Redouté del.

Veyssard sculp.

Campanula virgata.



P. J. Redouté del.

Maleuvre sculp.

Periploca angustifolia.



P. J. Redouté del.

Milsan sculp.

Juniperus drupacea.



P. J. Redouté del. Marchand sculp.

Anthyllis Tragacanthoides.



P. J. Redouté del. *Tyssard sculp.*

Hypericum alterniſolium.

ICONES

Plantarum Syriæ rariorum

DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATÆ.

AUCTORE J. J. LA BILLARDIERE,
Instituti Gallici Socio.

DECAS TERTIA.

PARISIIS,
Ex Typographiâ Dominæ HUZARD.

1809.

55049

PARISIIS,

Apud { HUZARD (Dominam), viâ de l'Eperon, N°. 7.
DEBURE, in vico Serpente, N°. 6.

PARISIIS ET ARGENTORATI,

Apud { A. KOENIG.
TREUTTEL et WURTZ.

PARISIIS ET MOSCÆ,

Apud RISS et SAUCET.

LONDINI,

Apud { DEBOFFE, Gerard street.
B. WHITE, Fleet-Street.

COTYLEDON LIBANOTICA.

Decandria pentagynia.

Char. essent. Cal. 5-fidus. Cor. 1-petala. Squamæ nectariferæ 5, ad basim germinis. Capsulæ 5.

C. Papillosa, scapis subnudis; foliis aggregatis, cuneatis, crassiusculis; floribus paniculatis.

Radix crassa, perennis, vel potiùs caulis sub terrâ partim defossus radicem mentiens, cicatricibus foliorum exasperatus, radices exerens.

Folia cuneata, subemarginata, papillosa, crassiuscula, aggregata.

Flores paniculati, pedunculo-communi tereti, papilloso, scapum mentiente, subnudo (foliolo oblongo unico alterove munito, interdùm nullo); pedicellis flore brevioribus, bracteâ lineari-oblongâ stipatis.

Calyx dimidiò corollâ brevior, quinquepartitus, extùs papillosus, laciniis ovato-oblongis, acutis.

Corolla monopetala, tubo ampliusculo, quinquefida, laciniis acutis, dorso subcarinato papillosis.

Staminum filamenta decem subulata, affixa corollæ, eâdem breviora, alternis quinque longioribus; antheræ didymæ, biloculares.

Germina quinque oblonga, squamâ munita glandulosâ, ovatâ, emarginatâ; styli totidem subreflexi, stigmata simplicia, acuta.

Capsulæ quinque membranaceæ, oblongæ, acuminatæ, uniloculares, intùs longitudinaliter dehiscentes, polyspermæ, semi-

nibus oblongis, substriatis, exiguis, marginibus valvularum utrinquè affixis.

Habitat in Libano et propè Damascum in monte *Dgebel Cher* dicto.

Explicatio Tabulæ 1æ;

Dec. 3æ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos. 3. Calyx. 4. Corolla fissa, expansa, paululùm ut fig. 2a et 3a aucta. 5. Stamen auctius. 6. Capsulæ, singulæ squamâ ad basim munitæ, paululùm auctæ. 7. Capsula separatìm, auctior. 8. Semina, unico valdè aucto. 9. Folium seorsìm.

PRENANTHES TRIQUETRA.

Syngenesia æqualis. *Semiflosculosi.*

Char. essent. Recept. nudum. Cal. calyculatus. Pappus simplex, subsessilis. Flosculi simplici serie.

P. Calycibus subquinquefloris; caule triquetro; foliis radicalibus dentatis.

Radix perennis, radiculis simplicibus.

Caules herbacei, sesquipedales, triquetri, ramis conformibus, erectis, simplicibus.

Folia avenia, radicalia ovato-oblonga, dentata, acuminata, caulina lineari-lanceolata, subfalcata.

Flores pauci, sessiles, lutei.

Calyx calyculatus, foliolis quinis.

Ligulæ profundè ad apicem quinquedentatæ, ut plurimùm quinæ.
Stamina quinque filamentis brevibus, antheris in tubum coalitis.
Germen ovatum; stylus filiformis staminibus longior, stigmata duo recurva.
Semina fusiformia, striata, pappo sessili, piloso coronata.
Receptaculum nudum.

Habitat in Libano ad montium radices.

Explicatio Tabulæ 2æ;

Dec. 3æ.

1. Plantæ junioris portio. 2. Adultæ caulis summitas. 3. Calyx. 4. *Idem* foliolis partìm demptis, receptaculo conspicuo. 5. Semi-flosculus (omnia naturali proportione). 6. Semen coronatum pappo, paululùm auctum.

STACHYS NIVEA.

Didynamia gymnospermia. *Calyces subquinquefidi.*

Char. essent. Cor. Labium superius fornicatum, labium inferius lateribus reflexum, laciniâ intermediâ majore, emarginatâ. Stamina deflorata versùs latera reflexa.

S. Tomentosa, foliis obovatis, verticillis paucifloris, floribus bibracteatis.

Caulis herbaceus, radice perenni, sesquipedalis ut tota planta tomentosus, niveus, ramis erectis.

Folia inferiora obovata, suborbiculata, superiora obovato-oblonga, floralibus sensìm brevioribus.

Verticilli bi ad sexflori.

Calyx quinquedentatus bracteâ sub basi stipatus binâ, subulatâ, eodem breviore, itidèm tomentoso-niveâ.

Corolla extùs tomentosa, labio superiore subintegro, inferiore trifido, lateribus paululùm reflexo, laciniâ intermediâ emarginatâ.

Stamina breviora corollâ, deflorata versùs latera reflexa, antheris bilocularibus.

Germen quadrilobum, stylus filiformis, staminum longitudine, stigmata duo subulata, recurva.

Semina quatuor subrotunda, intùs planiuscula, basi mucronata, calyce tecta, atra, alterna bina compressione sæpiùs abortiva.

Crescit in aridis propè Damascum.

Explicatio Tabulæ 3æ.

Dec. 3æ.

1. Portio junioris plantæ. 2. Floriferæ plantæ sectio. 3. Flos. 4. Corolla fissa, expansa. 5. Calyx separatìm. 6. Pistillum. 7. Semina (calyce transversìm secto) unico abortivo conspicuo. 8. Semen visum externè. 9. *Idem* internè (omnia proportione naturali).

ANCHUSA STRIGOSA.

Pentandria monogynia. *Flores monopetali, inferi, tetraspermi.* Asperifoliæ.

Char. essent. Cor. Infundibulif. Fauce clausâ fornicibus. Sem. basi insculpta.

A. Foliis ovato-lanceolatis, denticulatis, aculeatis, seminibus calycis longitudine, racemis subsecundis.

Caulis, radice perenni, herbaceus, sesquipedalis et ultrà, erectus, aculeis niveis extantibus de glandulâ concolori ut tota planta inspersus.

Folia itidèm undiquè aculeata, denticulato-glandulosa, radicalia ovata, ovatove-lanceolata, petiolata, caulina sensim lanceolata.

Flores racemosi, cærulescentes, pedicellis iisdem brevioribus, racemis per maturitatem elongatis, dichotomis, subsecundis.

Calyx profundè quinquepartitus, laciniis obtusis.

Corolla infundibuliformis, tubo calycis longitudine, fauce clausâ fornicibus papillosis, suborbiculatis.

Stamina quinque tubo corollæ affixa, fornicibus alterna, antheris oblongis, bilocularibus.

Germen quadrilobum, stylus paulò staminibus longior, stigma sulcatum.

Nuces quatuor calycis longitudine (binis sæpiùs abortivis) ovato-oblongæ, acuminatæ, triquetro-angulatæ, striatæ, reticulatæ, basi subdilatatâ pertusæ, uniloculares, evalves, seminibus solitariis.

Habitat juxtà Tripolim Syriæ.

Observatio.

Hæc est fortassè Buglossum Syriacum, bullatis foliis, floribus albicantibus? *Moris. hist.* 3. *S.* 11. *t.* 28. *f.* 2. quamvis in figurâ laciniæ calycis acuminatæ sint, nucesque iisdem dimidiò ferè breviores.

Explicatio Tabulæ 4æ;

Dec. 3æ.

1. Planta naturali proportione. 2. Calyx cum pistillo. 3. *Idem* laciniis expansis, pistillo conspicuo. 4. Corolla fissa, expansa, paululùm aucta. 5. Stamen separatìm, itidèm auctum. 6. Binæ nuces, laciniis calycinis expansis, conspicuæ, stylo superstite. 7. Nux separatìm (ut figura præcedens naturali proportione). 8. Folii paululùm aucti sectio, aculeis glandulisque conspicuis. 9. Aculeus seorsìm cum glandulâ subpositâ valdè auctus.

ONOSMA SYRIACA.

Pentandria monogynia. *Flores monopetali, inferi, tetraspermi.* Asperifoliæ.

Char. essent. Corolla campanulata; fauce perviâ. Semina quatuor.

O. Foliis sessilibus, ovato-lanceolatis, denticulatis, pilosis; staminibus corollâ subcilindricâ longioribus.

Planta pedalis et ultrà, radice perenni, imo caule partìm quotannis superstite.

Folia alterna, ovato-lanceolata, sessilia, glanduloso-denticulata, ciliata, ut caules pilosa.

Flores

Flores pedunculis longiores.

Calyx quinquepartitus, laciniis linearibus, acutis, ut pedunculi pilosis.

Corolla monopetala, cærulescens, subcilindrica, quinquefida, laciniis acutis, fauce nudâ, perviâ.

Staminum filamenta quinque brevia, corollæ affixa; antheræ biloculares, suprà pallido appendiculo subulatæ, infrà bifidæ.

Germen quadrilobum, stylus filiformis, staminum longitudine, stigma sulcatum.

Nuces quatuor, pyriformes, subrostellatæ, parvæ, muricatæ, cinereæ, dorso leviter convexæ, indè angulatæ striâque fuscâ impressæ, suprà basim intùs hamulo auctæ, uniloculares, evalves, monospermæ.

Habitat juxtà Tripolim Syriæ.

Observatio.

Variat foliis lanceolatis.

Explicatio Tabulæ 5æ;

Dec. 3æ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos. 3. Nuces calyce secto conspicuæ, stylo superstite (figuræ binæ præcedentes magnitudine naturali). 4. Nux insigniter aucta, è latere visa. 5. Varietatis ejusdem plantæ, foliis lanceolatis insignis, sectio.

ONOSMA FRUTICOSA.

O. Caule fruticoso, foliis oblongis, sericeis, hispidis, staminibus corollâ subcilindricâ longioribus.

Planta fruticosa, ramosissima, pedalis et ultrà, ramis cinereis, hispidis, demùm nudiusculis, subspinescentibus.

Folia alterna distincta aut conferta, oblonga, sessilia, sericea, hispida, semiunguicularia paulòque longiora.

Flores axillares terminalesque pedunculis brevibus.

Calyx quinquepartitus, laciniis lineari-lanceolatis, ut pedunculi hispidis.

Corolla monopetala, sulphurea, cilindracea, quinquedentata, fauce nudâ, perviâ.

Staminum filamenta antherarum longitudine, antheris pistilloque ut in specie præcedenti.

Fructus immaturus.

Habitat in monte Sanctæ Crucis insulæ Cypri.

Explicatio Tabulæ 6ᵃ.

Dec. 3ᵃ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos. 3. Calyx cum pistillo. 4. Corolla fissa longitudinaliter, expansa, staminibus conspicuis. 5. pistillum, laciniâ calycis unicâ superstite (ut figuræ præcedentes magnitudine naturali). 6. Pistillum, stylo secto demptoque calyce, auctum.

CYNARA PUSILLA.

Syngenesia æqualis. *Capitati.*

Char. essent. Recept. setosum. Cal. dilatatus, imbricatus squamis carnosis, emarginatis, cum acumine. Pappus sessilis, plumosus.

C. Acaulis, foliis pinnatis, subtomentosis, laciniis pinnatifidis, squamis calycinis integris, apice scariosis.

Radix subsimplex, perennis.

Folia bi ad quinquepollicaria, jacentia, in orbem disposita, pinnata, laciniis pinnatifidis, oblongis, intermediisque perpaucis brevioribus integerrimis, juniora undiquè subtomentosa.

Flos in centro solitarius, sessilis.

Calyx-communis cilindraceus, squamis imbricatis, integerrimis, apice scariosis, acuminatis, interioribus sensim longioribus, (unicâ exteriori basilari rariùs, alterâve dentato-lacerâ).

Flosculi omnes hermaphroditi, uniformes, infundibuliformes, tubo tenuissimo, supernè ampliato, limbo quinquefido, laciniis lineari-subulatis utroque margine lineatis, subæqualiter separatis.

Staminum filamenta quinque corollulæ inserta, antheris totidem linearibus in tubum quinquedentatum coalitis, exertis.

Germen inferum, oblongum; stylus filiformis, staminibus longior, stigmata duo subclavata.

Semina obovato-oblonga, subcompressa, striata, pappo sessili, plumoso, coronata.

Receptaculum concavum, setis raris stipatum.

Habitat propè Damascum in monte *Dgebel Cher* dicto.

Observatio.

Hæc est cynara orientalis, moschata, acaulos, foliis jacobeæ tenuiùs incisis, squamis calycis sursùm spectantibus. *Tournef. Cor.* 31. Sed in plantâ Tournefortii lectâ in Armeniâ, pagina foliorum superior hirta est et aspera.

Explicatio Tabulæ 7æ;

Dec. 3æ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flosculus et setæ receptaculi nonnullæ. 3. Corollula fissa, staminibus styloque conspicuis (figuræ binæ præcedentes magnitudine naturali). 4. Aucti pappi sectio. 5. Calycis communis squama exterior. 6. Altera interior, itidèm magnitudine naturali.

PYRETHRUM DENSUM.

Syngenesia, superflua. *Radiati.*

Char. essent. Recept. nudum. Pappus marginatus. Cal. hemisphæricus, imbricatus squamis acutiusculis, margine scariosis.

Sectio ** *chrysanthema.*

P. Foliis incanis, pinnatis, pinnis linearibus sejunctis coalitisve, caule subcorymboso.

Ptarmica orientalis, foliis tanaceti incanis, flore aureo. *Tournef. Cor.* 37.

Planta radice perenni, spithamea ad cubitalis, erecta, undiquè tomentosa.

Folia oblonga, pinnata, pinnis linearibus, crenatis integerrimisque aut dentatis. Inferiora pauca, nonnullaque in caulibus junioribus terminalia denso pinnarum connexû folia simplicia æmulantia.

Flores subcorymbosi.

Calyx-communis imbricatus squamis exterioribus ovatis, acutis, interioribus lineari-lanceolatis ad apicem præsertìm membranaceis, scariosis, denticulato-laceris.

Corolla composita, lutea.

Flosculi disci hermaphroditi, corollulis infundibuliformibus quinquedentatis, stylo staminibusque inclusis.

Semiflosculi radii 18-20 lineari-oblongi, apice denticulati, stylo stigmatibusque instructi.

Semina radiorum compressa, flosculorum teretiuscula, omnia oblonga, membranulâ coronata.

Receptaculum concavum, nudum.

Habitat propè Damascum in monte *Dgebel Cher* dicto.

Explicatio Tabulæ 8æ;

Dec. 3æ.

1. Planta naturali proportione. 2. Calycis sectio, receptaculo conspicuo. 3. Flosculus auctus. 4. Semiflosculus itidèm auctus. 5. Squama calycis exterior. 6. Altera interior æquè paululùm aucta.

ANTHEMIS MEMBRANACEA.

Syngenesia superflua. Radiati.

Char. essent. Recept. paleaceum. Pappus nullus seu margo membranaceus. Calyx hemisphæricus, subæqualis. Flosculi radii plures quàm quinque.

*Sectio ** radio concolore seu luteo.*

A. Foliis pinnatis, subteretibus, tomentosis, pinnis tri ad quinquepartitis, dentatis, imbricatis; corollulis membranaceis.

Radix multiplex, perennis.

Caules erecti, tomentosi, simplices, vix ad apicem divisi.

Folia pinnata, subteretia, pollicaria, tomentoso-lanata, pinnis tri ad quinquepartitis, laciniis ovatis, dentato-aculeatis.

Flores solitarii, terminales, axillaribus sessilibus, abortivis.

Calyx-communis imbricatus squamis apice margineque membranaceis, ovatis, interioribus ellipticis aut oblongis.

Corolla composita, lutea.

Flosculi disci hermaphroditi, corollulis infundibuliformibus, quinquedentatis, utroque latere membranâ longitudinaliter auctis, infrà dilatatis, subtùs ubi semina affixa depressis, stylo ad basim tumido staminibusque subinclusis.

Semiflosculi radii 8-12, apice emarginati, infrà utroque latere membranâ aucti, stylo stigmatibusque instructi.

Semina nuda, oblonga, radiorum compressa, flosculorum teretiuscula.

Receptaculum planiusculum, paleaceum, paleis flosculorum longitudine oblongis, concavis, nitidis, carinâ purpurascentibus.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 9*æ*;

Dec. 3*æ*.

1. Planta naturali proportione. 2. Flosculus. 3. *Idem* auctus. 4. *Idem* corollulâ fissâ, stylo partim staminibusque conspicuis. 5. Semiflosculus naturali magnitudine. 6. Palea receptaculi aucta, extùs visa. 7. Folii aucti sectio.

PHLOMIS RIGIDA.

Didynamia gymnospermia. *Calyces subquinquefidi.*

Char. essent. Cal. angulatus. Corollæ labium superius incumbens, compressum, villosum.

P. Foliis tomentosis, stellato-hispidis, crenatis, petiolatis, radicalibus cordato-oblongis, floralibus lanceolatis, involucris rigidis, subulatis, mucronatis.

Planta bipedalis et ultrà, radice perenni.

Caulis erectus, tetragonus, pilosus ut petioli nervusque foliorum medius calyces et involucri, pilis brevibus è glandulis numerosis mamillaribus ortis, penicilliformibus, expansis, paucisque centralibus erectis, multò longioribus, nodosis.

Folia petiolata, crenata, undiquè tomentosa, stellato-hispida pilis ut in caule dispositis, glandulis verò numerosioribus demptisque

pilis nodosis longioribus; radicalia cordato-lanceolata oblongave, petiolis basi connatis; floralia lanceolata.

Verticilli multiflori, involucris rigidis, subulatis, pungentibus, numerosis, paululùm calyce longioribus.

Calyx decemstriatus, dentibus quinis rectiusculis, subæqualibus, rigidis, pungentibus.

Corolla extùs pilosa ut labii superioris margines interni, labio inferiori dilatato, suborbiculato, emarginato, lobis lateralibus acutis.

Staminum filamenta medium versùs lanata, filiformia, haud basi ut in aliis speciebus nonnullis uncinato-appendiculata, antheris reniformibus.

Germen quadrilobum, stylus staminum longitudine, stigmate bifido, laciniâ superiori brevissimâ, adpressâ.

Habitat in arenosis juxtà Damascum.

Explicatio Tabulæ 10æ;

Dec. 3æ.

1. Junioris plantæ sectio, folia inferiora ostendens. 2. Plantæ adultæ portio. 3. Corolla fissa longitudinaliter, expansa (figuræ præcedentes naturali proportione). 4. *Ejusdem* paululùm auctæ sectio, staminibus conspicuis. 5. Stamen valdè auctum, filamento partim resecto. 6. Calyx cum sectione involucri. 7. Calyx fissus longitudinaliter, pistillo conspicuo, (figuræ binæ præcedentes magnitudine naturali).


9
5
7
6
4
8
3
2



Turpin del. *Dien sculp.*

Prenanthes triquetra.




Poiteau del.   Dien. Sculp.

Stachys nivea



Turpin del. Dien sculp.

Anchusa Strigosa.




Poiteau del. Dien sculp.

Onosma syriaca.



Poiteau del. Dien sculp.

Onosma fruticosa.




1
2
4
6
5
3



Turpin del. Dien sculp.

Pyrethrum densum



Poiteau del. Dien sculp.

Anthemis membranacea.



Turpin del. Dien sculp.

Phlomis rigida.

ICONES

Plantarum Syriæ rariorum

DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATÆ.

AUCTORE J. J. LA BILLARDIERE,
Instituti Imperialis Socio.

DECAS QUARTA.

PARISIIS,
Ex Typographiâ Dominæ Huzard.

1812.

PARISIIS,

Apud { Huzard (Dominam), viâ de l'Eperon, N°. 7.
Debure, in vico Serpente, N°. 6.

PARISIIS ET ARGENTORATI,

Apud { A. Kœnig.
Treuttel et Wurtz.

PARISIIS ET MOSCÆ,

Apud Riss et Saucet.

LONDINI,

Apud { Deboffe, Gerard street.
B. White, Fleet-Street.

STÆHELINA APICULATA.

Syngenesia æqualis. *Discoidei.*

Char. essent. *Recept.* paleaceum. *Pappus* plumosus. *Anth.* basi caudatæ. *Cal.* imbricatus.

S. Foliis sessilibus lineari-lanceolatis, acuminatis, scabris.

Radix perennis, radiculis simplicibus.

Caules numerosi, suffruticosi, erecti, teretes, scabri, simplices aut divisi, ramulis conformibus.

Folia sparsa, sessilia, avenia, scabra, lineari-lanceolata, pallidè-viridia, apiculo discolori seu albido acuminata.

Flores ad apicem caulis ramulorumve solitarii.

Calyx-communis cilindraceus, squamis imbricatis, integerrimis, acuminatis, extùs ad apicem resinâ tenui indutis, sublanuginosisque, interioribus sensim longioribus.

Flosculi omnes uniformes, infundibuliformes, limbo quinquefido, laciniis lineari-subulatis.

Staminum filamenta quinque corollulæ inserta, antheris totidem caudâ bifidâ, setosâ instructis, in tubum quinque-dentatum coalitis.

Germen inferum, oblongum. Stylus filiformis paululùm staminibus longior; stigmata duo subclavata.

Semina obovato-oblonga, pilosa, pappo sessili, setoso, multifido coronata.

Receptaculum paleis setiformibus, divisis simplicibusque stipatum.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 1ª. *Dec.* 4ª.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos paululùm auctus. 3. Calycis sectio paleis receptaculi conspicuis. Figura æquè paululùm aucta. 4. Paleæ seorsùm, auctæ. 5. Flosculus auctior. 6. *Idem*, corollulâ longitudinaliter fissâ. 7 et 8. Pappi portio, æquè aucta. 9. Stamen magis auctum.

GNAPHALIUM CAULIFLORUM.

Syngenesia superflua. *Discoidei.*

Char. essent. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus aut plumosus. *Cal.* imbricatus, scariosus, coloratus.

*Sectio ***** filaginoidea.*

G. Caule basi ramoso; ramis simplicibus; foliis subulatis, tomentosis; floribus axillaribus, sessilibus; squamis calycinis acutis. *Desf. Atl.* 2. *p.* 267. *Will. Spec.* 3. *p.* 1872.

Planta annua, radice tortuosâ, longâ, divisâ.

Caulis rectus, simplex aut divisus, ramis indivisis, adscendentibus.

Folia sessilia, longa, subulata, juniora tomentosa, adultiora partìm denudata, intùs tomentoso-albida.

Flores sessiles, spicati, foliis interstincti.

Calyx-communis imbricatus squamis nitidis, rufescentibus, ellipticis, acutis.

Flosculi in disco hermaphroditi (duodecim circiter), quadridentati, antheris quatuor in tubum quadridentatum coalitis, styloque inclusis; pappo sessili, pilis subclavatis piloso.

Receptaculum nudum.

Flosculi marginales fœminei, tridentati, fertiles, squamis calycynis distincti, seminibus nudis.

Habitat propè Baruthum Syriæ.

Observatio.

Hæc planta est varietas Gnaphalii cauliflori *Fl. Atl.* quod differt præsertìm floribus laxè spicatis.

Explicatio Tabulæ 2ᵃᵉ. Fig. 1;

Dec. 4ᵃ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos et folia aucta. 3. Receptaculum calycinis squamis partìm demptis, æquè auctum. 4. Flosculus hermaphroditus auctior. 5. Flosculus fœmineus squamâ calycinâ stipatus, similiter auctus.

DELPHINIUM PUSILLUM.

Polyandria trigynia.

Char. essent. *Cal.* nullus. *Petala* quinque. *Nectarium* bifidum, posticè cornutum. Siliquæ tres unicave.

*Sectio * unicapsulares.*

D. Nectariis monophyllis, foliis digitatis, pubescentibus, inferioribus ellipticis.

Planta annua, palmaris, undiquè pubescens, radice simplici.

Folia digitata tri ad quinque-partita, laciniis lineari-lanceolatis, obtusis, petiolata, superiora simplicia lineari-lanceolata, sessilia, inferiora bina opposita, petioli longitudine, elliptica.

Flores in summo ramulorum solitarii.

Calyx nullus.

Corolla, petala quinque elliptico-oblonga, pallidè violacea, dorso medium versùs longitudinaliter pubescentia, superiori posticè calcarato, calcare similiter pubescenti, obtuso; petalis longiori.

Nectarium monophyllum, posticè cornutum, limbo petaloideo, ampliato, rhomboideo.

Staminum filamenta duodecim infrà dilatata, medium versùs subciliata, antheris suborbiculatis, bilocularibus.

Germen unicum ovato-oblongum, subvillosum, stigmate simplici, subsessili coronatum.

Habitat propè Damascum ad montis radicem *Dgebel Cher* dicti.

Observatio.

Loci ariditate ubi crescit planta, ejusdem partes inferiores mox pubescentiâ denudantur.

Explicatio Tabulæ 2ᵃᵉ. Fig. 2;

Dec. 4ᵃ.

1. Planta naturali magnitudine. 2. Corolla paululùm aucta. 3. Ejusdem petalum superius nectarium partìm involvens. 4. Nectarium petalumque separatìm. 5. Stamina cum pistillo magis aucta. 6. Pistillum separatìm æquè auctum. 7. Stamen longè auctius.

ARENARIA GLOBULOSA.

Decandria trigynia.

Char. essent. *Cal.* pentaphyllus. *Petala* quinque, integra. *Capsula* unilocularis, polysperma.

A. Foliis subulatis, nervosis, pilosis, calyce inæquali petalis longiore.

Planta annua, ramosissima, pilis apice glandulosis, capitato-globosis undiquè pilosa.

Folia subulata, nervis longitudinalibus tri ad quinque-nervia.

Flores numerosi, subracemosi.

Calycis foliola subulata, trinervia, longitudine inæqualia.

Petala quinque ovali-oblonga multò, calyce breviora.

Stamina decem alternis quinque longioribus vix corollam superantibus.

Germen ovatum, stylis tribus filiformibus, infrà approximatis coronatum; stigmata simplicia.

Capsula uniloculâris, apice trivalvis, demùm ad basim usque fissuris dehiscens.

Semina numerosa, reniformia, ambitu rugosa, receptaculo centrali affixa.

Habitat in Libano juxtà Tripolim Syriæ.

Observatio.

Calycem propter inæqualem arenariæ globulosæ novum genus alii si velint constituant, meliùs ad arenariam referre duxi.

Explicatio Tabulæ 3ª. Fig. 1;

Dec. 4ª.

1. Planta naturali magnitudine. 2. Flos auctus. 3. *Idem*, foliolis calycinis partìm demptis, corollâ cum stylis conspicuâ. 4. *Idem*, calycinis foliolis demptis, auctior. 5. Figura præcedens, expansa. 6. Capsula clausa magnitudine naturali. 7. *Eadem* aucta. 8. *Eadem* apice pervia. 9. *Eadem*, valvulâ

unicâ demptâ, seminibus conspicuis. 10. Semen naturali magnitudine, alterum auctum.

ARENARIA FILIFORMIS.

A. Caule simplici, filiformi, suprà nudo; foliis setaceis; calycibus glabris.

Planta annua, radice perpendiculari, radiculis setaceis, multipartitis.

Caulis rectus, palmaris, simplex, filiformis, infrà foliosus.

Folia setacea, acuminata, unguicularia.

Flores paniculâ subdichotomâ, paniculati.

Calycis foliola elliptica, glabra.

Petala ovali-oblonga, infrà attenuata, duplo calyce longiora.

Stamina decem, alternis quinque brevioribus.

Germen ovatum, stylis tribus corollæ longitudine coronatum.

Semina reniformia cordatave; aliàs ut in præcedenti.

Habitat in insulâ Cypri.

Explicatio Tabulæ 3ᵃ. Fig. 2;

Dec. 4ᵃ.

1. Planta naturali magnitudine. 2. Caulis sectio foliis insigniter auctis. 3. Flos expansus, auctus. 4. Germen adultum stylis coronatum. 5. Capsula aucta. 6. *Eadem* valvulâ unicâ demptâ, seminibus conspicuis. 7. Semina naturali magnitudine et aucta.

ARENARIA RUPESTRIS.

A. Foliis setaceis, obtusis, infrà subciliatis, disco sub germine glanduloso, caulibus supernè calycibusque subhirsutis.

Planta radice perenni, partim prostrata.

Folia unguicularia, in ramulis abortivis surculisve sterilibus pollicaribus densa.

Caules

Caules palmares et ultrà, adscendentes, foliis binis ad nodos connatis, suprà nudiuscula subhirsuta.

Panicula florum subdichotoma.

Calycis foliola ovato-oblonga subhirsuta, trinervia.

Petala ovali-oblonga, duplò-calyce longiora.

Stamina decem disco hypogyno, glanduloso, inserta.

Capsula ovata, seminibus reniformibus, receptaculo centrali filamentoso affixis, filamentis paucis in medio longioribus, sterilibus. Aliàs ut in præcedenti.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 4ᵃ. Fig. 1;

Dec. 4ᵃ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos auctus. 3. *Idem*, expansus, disco staminifero conspicuo. 4. *Ejusdem* calyx seorsim. 5. Capsula aucta, stylis coronata. 6. *Ejusdem* sectio transversalis, seminibus filamentisque sterilibus receptaculi conspicuis.

SAPONARIA HIRSUTA.

Decandria digynia.

Char. essent. *Cal.* monophyllus, nudus. *Petala* quinque, unguiculata. *Capsula* oblonga, unilocularis.

S. Calycibus quinque-angularibus, ut folia lanceolata hirtis, petalis integerrimis.

Radix subcrassa, dura, perennis.

Caules palmares, numerosi, adscendentes, aut erecti, hirti, teretes.

Folia lanceolata, avenia, undiquè hirta, ad articulos connata, semi-unguicularia.

Flores terminales pauci, axillaresve pedunculati.

Calyx angulatus, ore quinque-dentato hirtus.

Petala quinque obovato-oblonga, unguiculata, pallidè sulphurea, integerrima, calycem superantia.

Stamina decem corollâ breviora.

Germen ovatum, stylis binis coronatum.

Capsula unilocularis, ab apice usque ad medium quadrivalvis, seminibus reniformibus affixis receptaculo centrali, dimidiâ capsulâ paulò longiori.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 4ᵃ. Fig. 2;
Dec. 4ᵃ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos auctus. 3. *Idem* auctior, calyce dempto. 4. *Ejusdem* stamen petalumque separatìm. 5. Pistillum auctum calyce tectum. 6. *Idem* seorsùm. 7. Capsula aucta. 8. *Eadem* valvulâ unicâ sectâ, seminibus in receptaculo conspicuis. 9. Semina seorsùm.

VERBASCUM SIMPLEX.

Pentandria monogynia.

Char. essent. *Cor.* rotata, subinæqualis. *Caps.* bilocularis, bivalvis.

V. Caule simplicissimo, foliis ellipticis, crenatis, utrinquè tomentosis, inferioribus petiolatis.

Radix crassa, perennis, lignosa.

Caules erecti, sesquipedales, simplicissimi, tomentosi, tomento in adultâ plantâ sursùm versùs partìm deciduo.

Folia elliptica, crenata, utrinquè tomentosa, infrà attenuata, in petiolum desinentia, vix palmaria, floralia sessilia, bracteiformia, sensìm breviora.

Flores subsessiles, bini ternive per caulis longitudinem sparsi, superiores abortivi.

Calyx quinque-partitus, laciniis ovatis, tomentosus.

Corolla subæqualis, extùs tomentosa.

Staminum filamenta quinque, villosa, antheris reniformibus.

Germen ovatum, tomentosum, stylo eodem longiori coronatum, stigmate simplici.

Capsula subglobosa, styli reliquiis acuminata, tomentosa, bilocularis, bivalvis, valvulis inflexis dissepimentum constituentibus.

Semina numerosa, angulata, receptaculo adnato dissepimento affixa.

Habitat juxtà Damascum, in arenosis.

Explicatio Tabulæ 5æ;

Dec. 4æ.

1. Planta naturali magnitudine. 2. Corolla intùs visa. 3. *Eadem* visa externè, lobis tomentosis conspicuis. 4. Calyx seorsìm. 5. Pistillum paulò auctum, calyce transversìm secto. 6. Capsula calyce cincta. 7. *Ejusdem* transversalis sectio. 8. Semina. (Figuræ omnes, quintâ exceptâ, naturali proportione.)

SCUTELLARIA UTRICULATA.

Didynamia gymnospermia.

Char. essent. *Calyx* ore integro, post florescentiam clauso, operculato.

S. Hirsuta, foliis ovatis, obtusè serratis, bracteis racemorum ovalibus, petiolatis, calycibus adultis inflatis.

Cassida cretica, minor, catariæ folio, flore purpurascente. *Tournef. Cor.* 11.

Planta caule herbaceo, pedali, undiquè hirsuta, corollâ nequidem exceptâ.

Folia laxè serrata, floralia bracteiformia integra.

Flores brevibus pedicellis racemosi, binis oppositis stipatis bracteis foliisve integris ovalibus, ut folia inferiora petiolatis.

Calyx operculatus, adultus unguicularis, inflatus.

Corollæ labii superioris laciniâ mediâ integrâ, labio inferiori obovato, multò latiori.

Stamina quatuor didynama, antheris sub filamentorum longiorum apice pedicellatis.

Germen quadrilobum, pedicellatum. Stylus longitudine corollæ, stigma unicum acuminatum, versùsque basim ejusdem alterius abortivi rudimentum.

Semina quatuor subrotunda, rugosula, in summo pedicelli centralis seu receptaculi prominuli affixa.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 6æ;

Dec. 4a.

1. Planta naturali magnitudine, integra, radice tantummodò exceptâ. 2. Flos paulò auctus. 3. *Ejusdem* pistillum, secto calyce. 4. Stamina aucta. 5. Calyx adultus, naturali magnitudine. 6. *Ejusdem* sectio, seminibus conspicuis. 7. Semina in receptaculo aucta, alterum solutum.

SALVIA PARVIFLORA.

Diandria monogynia.

Char. essent. *Cal.* subcampanulatus, bilabiatus, labio superiore tridentato. *Cor.* ringens. *Fil.* transversè pedicello affixa.

S. Foliis cordato-ovatis, crenatis, rugosis, racemis terminalibus compositis, bracteis cordatis calyce brevioribus. *Vahl enum.* 1. *p.* 268.

Horminum orientale, foliis sclareæ, flore albo, parvo. *Tournef.* *Cor.* 10.

Sclarea orientalis, foliis salviæ, flore partim albo, partim flavo. *Tournef. Cor.* 10.

Planta radice perenni, herbacea.

Caulis erectus, sesquipedalis, subincanus.

Folia cordato-oblonga, venosa, rugosa, viridi-cinerascentia, crenata, subtùs villosiuscula, superiora sessilia.

Verticilli floribus subpetiolatis bi ad sex-flori, bracteis ovatis acutis, vix calycis longitudine.

Calyx tomentosus, subincanus, dimidiò corollâ brevior.

Corolla subtomentosa, flavescens, labio superiori rectiusculo, subemarginato, inferiori trilobo lobo medio suborbiculato.

Stamina labio superiori inclusa, pedicello filamentorum brevi; stylo exerto.

Semina quatuor, bina unicumve abortiva. Aliàs ut in congeneribus.

Habitat juxtà Damascum in monte *Dgebel Cher* dicto.

Explicatio Tabulæ 7ª; *Dec.* 4ª.

1. Plantæ sectio naturali proportione. 2. Flos auctus. 3. Calyx auctior. 4. *Idem* fissus longitudinaliter expansus, seminibus conspicuis. 5. Germen secto calyce, auctum.

SIDERITIS LIBANOTICA.

Didynamia gymnospermia.

Char. essent. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* ringens; labium superius bifidum, inferius tripartitum. *Stamina* intrà tubum corollæ. *Stigma* brevius involvens alterum.

Sectio ** *bracteatæ; bracteis integerrimis.*

S. Suffruticosa, ramis simplicissimis, glabris, foliis obovato-oblongis, serratis, tomentosis, verticillis distantibus; bracteis ovatis, acuminatis, nervoso-reticulatis.

Caules ramive ex plantæ basi enati simplicissimi, recti, glabri, pedales et ultrà.

Folia inferiora obovato-oblonga, in petiolos subdilátatos attenuata, nervoso-reticulata, serrata, superiora lanceolata, sessilia, adultiora multò minùs cæteris tomentosa.

Verticilli inter se sesquipollicem et ultrà distantes, quadri ad octo-flori, bracteis calycis longitudine, subpilosis.

Calyx suprà præsertìm pilosus, laciniis quinque subæqualibus, mucronatis.

Corolla sulphurea, extùs magis quàm intùs pilosa, labii inferioris laciniâ mediâ integerrimâ, tubo calycis longitudine. Aliàs ut in congenèribus.

Habitat in Libano.

Observatio.

Differt à Sideriti distante, *Will Sp. pl.* præcipuè foliis serratis, caule glabro; et à Sideriti tauricâ ejusdem, foliis serratis non verò crenatis, verticillis florum distantibus, ramis caulibusve simplicissimis, non tomentosis.

Explicatio Tabulæ 8ᵃᵉ;

Dec. 4ᵃ.

1. Planta naturali magnitudine. 2. Flos auctus. 3. *Ejusdem* corolla seorsùm è latere visa. 4. *Eadem*, longitudinaliter fissa, staminibus conspicuis. *5*. Pistillum separatìm, itidem auctum. *6*. *Idem* auctius. 7. Calyx adultus, semina fovens, auctus.

CLINOPODIUM ORIGANIFOLIUM.

Didynamia gymnospermia.

Char. essent. Involucrum multisetum, verticillo subjectum. *Calyx*

bilabiatus. *Corollæ* labium superius planiusculum, obtusum, rectum.

C. Capitulis verticillatis, bracteis lineari-lanceolatis, hispidis, foliis ovatis, integerrimis, hirsutis.

Planta suffruticosa, sesquipedalis, caulibus adscendentibus, ramosis, teretiusculis, hispidis.

Folia subpetiolata, ovata, integerrima, utrinquè pilis subadpressis hirsuta, unguicularia.

Capituli florum verticillati, subsessiles, inferiores quidam ramulum æmulantes, longiùs pedunculati.

Bracteæ capitulis subjectæ lineari-lanceolatæ, hispidæ, vix calyce longiores.

Calyx elongatus, striatus, hispidus, quinquedentatus, subbilabiatus, dentibus duobus inferioribus paulò brevioribus.

Corolla pilosiuscula, labio superiori breviori, subcompresso, obtuso, integerrimo; inferiori trilobo, lobo medio concavo suprà acutiusculo; tubus calycis longitudine. Aliàs ut in congeneribus.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 9ª;

Dec. 4ª.

1. Planta radice tantummodò deficiente, integra, naturali proportione. 2. Flos. 3. *Idem* auctus, calyce transversìm secto, bracteis duabus conspicuis. 4. Calyx auctus seorsùm cum bracteâ. 5. Pistillum auctum.

CRATÆGUS TRILOBATA.

Icosandria digynia.

Char. essent. *Cal.* quinquefidus, petala quinque. Bacca infera di ad penta-sperma, seminibus cartilagineis.

C. Inermis, foliis serratis, lobis lateralibus bifidis, patentibus, calycibus tomentosis, floribus pentagynis.

Arbor mediocris, inermis.

Folia triloba, serrata, coriacea, infrà subpubescentia, lobis acutis, binis lateralibus bifidis, patentibus, intermedio trifido, rariùs bifido aut indiviso, petiolis teretiusculis, subtomentosis, vix folio longioribus.

Flores terminales, subumbellati, bracteis caducis, subulatis, tomentosis.

Calyx quinque-partitus, laciniis ovato-lanceolatis, utrinquè tomentosis.

Petala quinque, subunguiculata, apice trifida, aut emarginata.

Stamina triginta circiter, antheris versatilibus.

Styli quinque infrà barbati et inter se approximati; stigmata simplicia, capitata.

Bacca infera, globosa, edulis, glabra, cerasi magnitudine, vix dimidiò pedunculis brevior, quinque-locularis, loculis dispermis, seminibus cartilagineis, altero sæpissimè abortivo.


Habitat in Libano.

Observatio.

Hæc est Cratægus trilobata, *Poiret, Dictionn. Suppl.* 1, *pag.* 291, à me auctori communicata; hancque meliùs etiam duxi Cratægum quàm pyrum dicere fructûs foliorumque formâ innixus.

Explicatio Tabulæ 10ᵃ; *Dec.* 4ᵃ.


1. Ramulus arboris. 2. Petalum separatim. 3. Bacca transversim secta, stylis conspicuis. 4. *Eadem* secta longitudinaliter, seminibus conspicuis, unico abortivo, altero dempto. 5. Semen seorsùm. 6. Bacca seminaque transversim secta. (Figuræ omnes magnitudine naturali.)



Poiteau del.


Stæhelina apiculata.

Dien sculp.




Turpin del. Dien sculp.

Fig. 1. Gnaphalium cauliflorum. Fig. 2. Delphinium pusillum.



Poiteau del. Dien sculp.

Fig. 1. *Arenaria globuloſa*. Fig. 2. *Arenaria filiformis*.



Poiteau del. Dien sculp.

Fig. 1. Arenaria rupestris. Fig. 2. Saponaria hirsuta.



Poiteau del. Dien sculp.


Verbascum simplex.



Poiteau del.

Dien sculp.


Scutellaria utriculata.



Poiteau del.

Dien sculp.

Salvia parviflora



Poiteau del. Dien sculp.

Sideritis libanotica.



Poiteau del. Dien sculp.

Clinopodium origanifolium.



Poiteau del. Dien sculp

Cratægus trilobata.

ICONES

Plantarum Syriæ rariorum

DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATÆ.

AUCTORE J. J. LA BILLARDIÈRE,
Instituti Imperialis Socio.

DECAS QUINTA ET ULTIMA.

PARISIIS,
Ex Typographiâ Dominæ Huzard.

1812.

PARISIIS,

Apud { HUZARD (Dominain), viâ de l'Eperon, N°. 7.
DEBURE, in vico Serpente, N°. 6.

PARISIIS ET ARGENTORATI,

Apud { A. KOENIG.
TREUTTEL et WURTZ.

PARISIIS ET MOSCÆ,

Apud RISS et SAUCET.

LONDINI,

Apud { DEBOFFE, Gerard street.
B. WHITE, Fleet-Street.

HERACLEUM CARMELI.

Pentandria digynia. *Umbellatæ.*

Char. essent. *Fructus* ellipticus, emarginatus, compressus, striatus, marginatus. *Corolla* difformis, inflexo-emarginata. *Involucrum* caducum.

H. Foliis pinnatis, foliolis quinis, umbellæ radiis inæqualibus, pilis ramorum retrorsis.

Planta sesquipedalis et ultrà, radice mediocri forsitan bienni, caule ramisque striatis, pilosis, pilis retroflexis, ramorum brevioribus, adpressis.

Folia pinnata, foliolis quinis, rarissimè ternis, pilis adpressis, erectis utrinquè scabra, inferiora longiora foliolis ovatis incisis, dentatis; terminali petiolato, cordato, suborbiculato, trilobo; ramea foliolis lanceolatis dentato-pinnatifidis, terminali trilobo inciso-dentato.

Umbella universalis inæqualis, quadri ad sex-radiata, radio interiori brevissimo, involucro tetra ad pentaphyllo persistente, foliolis subulatis, involucello consimili, radiis umbellularum subæqualibus.

Calyx foliolis quinque subulatis, inæqualibus.

Petala quinque inæqualia, hispida; bipartita, exteriora longiora, interiorum laciniis interdùm inæqualibus.

Stamina quinque, vix corollâ longiora.

Styli duo infrà dilatati, stigmatibus capitatis. (Flores quidam abortivi.)

Semina duo elliptica, emarginata, foliaceo-compressa, quinque ad sex-lineata, pilis adpressis hispida, margine submembranacea, coriacea.

Habitat in monte Carmelo Syriæ.

Explicatio Tabulæ 1æ;

Dec. 5a.

1. Inferior plantæ sectio naturali proportione. 2. *Ejusdem* ramulus fructifer. 3. Flores aucti. 4. Petalum auctum extùs visum, pilis hispidum. 5. Alterum internè visum. 6. Pistillum auctum, calyce conspicuo. 7. Semina naturali proportione.

ENARTHROCARPUS.

Tetradynamia siliquosa.

Char. essent. *Cal.* clausus, siliqua torosa, infrà articulata, secedens. *Etymolog.* ἐναρθρος articulatus, καρπὸς fructus; propter articulum baseos secedentem.

ENARTHROCARPUS ARCUATUS.

E. Foliis runcinatis, siliquis arcuatis, hispidis.

Raphanistrum creticum, siliquâ incurvâ, villosâ. *Tournef. Cor.* 17.

Eruca maritima, cretica, siliquâ articulatâ. *C. B. Prodr.* 40.

Planta annua caule erecto, pedali, ut rami hispido.

Folia runcinata, utrinquè pilis adpressis subscabra.

Flores racemosi, pedunculis brevibus, teretiusculis.

Calyx clausus, foliolis quatuor oblongis, hispidis.

Petala duplò calyce longiora.

Stamina sex tetradynama, antheris versatilibus.

Germen oblongum, sericeum, stylo staminum longitudine, stigmate obtuso.

Siliqua torulosa, arcuata, hispida, bipollicaris, acuminata, rarè obtusa, non dehiscens, torulis fungosis cum loculis monospermis, evalvibus, depressis alternantibus; suprà loculum inferiorem

articulo transversìm secedens, loculo dicto maturitate longitudinaliter paulò dehiscente.

Semina ovata diversiformia, retusa, pallidè testacea.

Habitat in Libano.

Observatio.

Post raphanum in ordine Linneano genus illud novum quod aliundè siliquâ longâ à cakile siliculosâ abundè differt, propono collocandum.

Forsitan denuò monendum in characteris specifici loco hìc meram abbreviatam descriptionem esse inveniendam.

Explicatio Tabulæ 2ᵃ;

Dec. 5ᵃ.

1. Plantæ portio naturali magnitudine. 2. Flos paululùm auctus. 3. *Ejusdem* petalum separatìm. 4. Flos auctior petalis demptis, foliolis calycinis expansis. 5. Siliquæ pars inferior ubi transversìm articulo secedit. (Figura aucta.) 6. Superioris partis siliquæ portio, ad medium usquè longitudinaliter fissa, ut semina conspiciantur. 7. Semen naturali proportione; alterum auctum.

CAMPANULA RETRORSA.

Pentandria monogynia.

Char. essent. *Cor.* campanulata, fundo clauso valvis staminiferis. *Stigma* trifidum. *Capsula* infera, poris lateralibus dehiscens.

*Sectio ** foliis scabris.*

C. Foliis decurrentibus, margine hispidis, aculeolis decurrentiæ retrorsis, calycibus corollâ longioribus.

Planta annua caule erecto, sesquipedali, ramoso, foliorum decurrentiâ ut rami paululùm alato.

Folia margine præsertim nervoque medio scabra, utrinquè decurrentia, aculeolis decurrentiæ marginalibus, retrorsis; inferiora petiolata, ovata, ovatove-oblonga, subcrenata, superiora sessilia, lanceolata, serrata.

Flores in pedunculis elongatis solitarii.

Calyx quinque-partitus, laciniis subulatis, reflexis, margine scabriusculis.

Corolla campanulata, quinque-fida, calyce brevior, albo violaceoque mixta.

Staminum filamenta quinque brevia, dilatata, subciliata, antheris subulatis

Stylus longitudine corollæ, stigma tripartitum, laciniis acutis.

Capsula infera, trilocularis, immatura.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 3æ;

Dec. 5æ.

1 et 2. Planta naturali proportione. 3. Flos longitudinaliter fissus, expansus, corollâ demptâ, laciniâ calycis unicâ superstite. (Figura magnitudine naturali.)

CAMPANULA STRICTA.

*Sectio *** capsulis obtectis calycis sinubus reflexis.*

C. Capsulis obtectis, foliis hirtis; caulinis lanceolatis, serratis; caule simplicissimo, floribus sessilibus. *Lin. Spec. pl. p.* 238.

C. Orientalis, folio longo, rigido, aspero, flore sursùm spectante. *Tournef. Cor.* 3. *Desfont. Ann. du Mus.* 11. *pag.* 137, *tab.* 13.

Radix perennis.

Caules erecti, simplicissimi, vix pedales, substriati, ut tota planta hispidi.

Folia linearia, lanceolata, integra, rarè subserrata; inferiora in petiolum attenuata, palmaria et ampliùs, caulina sessilia, pollicaria.

Flores terminales solitarii, rarissimè bini aut in axillâ foliorum.
Calyx sinubus reflexis capsulam tegens, laciniis quinque ovato-oblongis, foliolis binis solitariisve bracteiformibus infrà stipatus.
Corolla quinquefida, laciniis ovato-oblongis, duplò ferè calyce longior.
Staminum filamenta infrà dilatata, ciliata, antheris subulatis.
Stylus paulò staminibus longior, stigmate trifido, laciniis acutis.
Capsula infera, trilocularis, immatura.
Habitat juxtà Damascum in monte *Dgebel Cher* dicto.

Observatio.

Speciminibus attentè comparatis in herbario Tournefortii, hæc est Campanulæ ejusdem varietas insignis. Num folia radicalia cordata sint aut ovata, ut in specie plant. asseritur, è Tournefortii speciminibus non dicam magis quàm ex descriptione D. Desfontaines. Sed in meâ plantâ non alia vidi quàm quæ præsens figura ostendit.

Explicatio Tabulæ 4æ;

Dec. 5æ.

1. Planta naturali magnitudine. 2. Capsula immatura calycis foliolis coronata, vix aucta. 3. *Eadem* auctior, calyce transversìm secto, demptâ corollâ, staminibus styloque conspicuis.

CAMPANULA DAMASCENA.*

*Sectio * * foliis scabris.*

C. Hispida, foliis obovatis, subserratis, caulibus ramosis, teretiusculis, pedunculis unifloris.
Radix perennis, simplex.
Caules erecti adscendentesve, spithamæi, teretiusculi, ut tota planta hispidi, suprà ramosi, ramis simplicibus.
Folia obovata utrinquè acuta, serrata aut integerrima, ungui-cularia, radicalia subpetiolata, vix duplò longiora.
Flores in ramulis terminales, solitarii, foliolo lineari-oblongo infrà stipati.

Calycis laciniæ quinque ovato-oblongæ, acutæ, erectæ.
Corolla cilindracea, quinquefida, duplò calyce longior, hispida.
Staminum filamenta brevia, infrà dilatata, fornicata, ciliata.
Stylus vix duplò staminibus longior, stigmate trifido.
Capsula infera, semiorbicularis, calyce coronata, trilocularis, foraminibus tribus infrà dehiscens.
Semina numerosa, compressa, oblonga, receptaculis angulo loculamentorum interno medium versùs adnatis, cæterùm utrinquè solutis.

Habitat juxtà Damascum, in monte *Dgebel Cher* dicto.

Explicatio Tabulæ 5æ. Fig. 1;

Dec. 5æ.

1. Planta naturali proportione. 2. Flos auctus, calyce transversìm secto, corollâ longitudinaliter transversìmque fissâ, expansâ. 3. Capsula aucta, calyce coronata. 4. *Eadem* transversìm secta. 5. *Ejusdem* semina seorsùm.

VERONICA PEDUNCULATA.

Diandria monogynia.

Char. essent. *Cor.* limbo quadri-partito; laciniâ infimâ angustiore. *Caps.* bilocularis.

*Sectio *** racemis lateralibus.*

V. Foliis ovatis, serratis, inferioribus petiolatis, oppositis, pedicellis patentibus bracteâ triplò longioribus, capsulis ciliatis.
V. Foliis ovatis, incisis, incisuris basi subdentatis. *Vahl enum. pl.* 1. *p.* 77.
V. Chamædryos foliis parvis. *Buxb. cent.* 1. *p.* 26. *tab.* 41. *fig.* 1.
V. Pedunculata, racemis lateralibus oppositis, foliis ovatis, inciso-serratis, incisuris basi subdentatis, pedicellis filiformibus,

calycibus

calycibus quadrifidis æqualibus. *Marshall in Schrad. Diar. v. 1. pars 2ª, pag. 455.*

V. Racemis lateralibus, foliis ovatis, inciso-serratis, caule hirto, bifariam pilosiore, pedicellis fructûs capillaribus. *Marshall Fl. Taurico-Caucas. 1. p. 11.*

Planta annua, palmaris ad spithamæa erecta, pilosiuscula.

Rami inferiores sæpiùs oppositi.

Folia ovata, serrata crenatave, unguicularia, subciliata, rigida, inferiora opposita, petiolata.

Florum pedicelli filiformes, pilosiusculi, bracteis lanceolatis, ciliatis, duplò quadruplòve longiores.

Calyx quadripartitus, laciniis æqualibus, obtusis.

Corolla duplò calyce longior, laciniâ infimâ angustiore.

Capsula compressa, margine ciliata.

Habitat juxtà Damascum, in monte *Dgebel Cher* dicto.

Explicatio Tabulæ 5æ. Fig. 2;
Dec. 5æ.

1. Planta naturali proportione. 2. Capsula calyce vestita, aucta.

QUERCUS PSEUDO-COCCIFERA.

Monoecia polyandria.

Char. essent. MAS. *Cal.* quinquefidus ferè. *Cor.* nulla. *Stam.* quinque ad decem. FOEM. *Cal.* monophyllus, integerrimus, scaber. *Cor.* nulla. *Styli* duo ad quinque. *Nux* coriacea, calyce persistente basi cincta.

*Sectio ** foliis dentatis.*

Q. Foliis perennantibus, glabris, oblongis, rigidis, brevissimè petiolatis, margine serrato-spinosis; calycibus echinatis. *Desfont. Atl. 2. p. 349.*

Q. Foliis oblongis, spinoso-dentatis, utrinquè glabris, squamis calycis fructûs rigidis, patentibus. *Will. Spec.* 4. *p.* 434.

Arbor tri ad quadri-orgyalis, ramis patentibus.

Folia elliptica, pollicaria et ultrà, rigida, utrinquè glabra, serrato-spinulosa, petiolis brevissimis, subtomentosis.

Cupula sessilis aut pedunculata, pedunculo claviformi, subtomentoso, vix unguiculari, echinata squamis rigidis, laxiusculis.

Glans ovata, mucronata, stylis quatuor ad quinque, interdùm persistentibus.

Habitat in Libano.

Observatio.

Hæc à me in Libano observata conformis cum eâdem à D. Desfontaines descriptâ, si excipias quod in Algeriensi specie glans sit cupulâ longior, dùm squamæ cupulæ laxiores in specie Libanoticâ.

Explicatio Tabulæ 6æ.

Dec. 5æ.

1. Ramulus fructifer naturali proportione. 2. Fructus speciminis à D. Desfontaines observati, etiam magnitudine naturali.

TRISETUM ARENARIUM.

Triandria digynia.

Char. essent. *Cal.* bi ad tri-florus, acuminatus. *Cor.* aristis duabus terminalibus subdentiformibus, unicâ dorsali rectâ.

T. Paniculâ spicatâ, elongatâ; glumis æqualibus, uni ad bifloris, setâ baseos flosculi pilosâ, foliis striatis, subhirsutis.

Culmi erecti, pedales, teretiusculi.

Folia striata, inferiora præsertìm utrinquè pilis brevissimis hirsuta.

Panicula composita, spiciformis, palmaris ad spithamæa.

Calyx, gluma uni ad biflora corollâ longior, subsessilis aut pedicellata, valvulis æqualibus, hyalinis, dorsò infrà striatis.

Corolla bivalvis, valvula exterior apice biseta, dorso aristata, aristâ rectâ aut contortâ, valvula interior brevior, apice setoso-bifida.

Seta pilosa; ad flosculi superioris basim solitaria vel flosculi abortivi rudimento coronata.

Stamina et pistillum ut in congeneribus.

Habitat juxtà Damascum in arenosis.

Explicatio Tabulæ 7ᵃ.

Dec. 5ᵃ.

1. Planta magnitudine naturali. 2. Gluma calycina biflora, aucta. 3. *Eadem* seorsùm. 4. Flosculus auctus setâ pilosâ ad ejusdem basim conspicuâ. 5. Pistillum auctum.

ORNITHOGALUM LANCEOLATUM.

Hexandria monogynia.

Char. essent. *Cor.* hexapetala, erecta, persistens, suprà medium patens. *Filamenta* basi dilatata. *Capsula* trilocularis. *Semina* subrotunda, nuda.

O. Racemo subcorymboso foliis lanceolatis breviore, filamentis alternis vix latioribus.

Radix bulbosa.

Folia vaginantia, lineata, plana, lanceolata, sesquipalmaria, pollicem et ultrà lata.

Racemus subcorymbosus foliis paulò brevior, pedunculis suprà crassiusculis, vix duplò spathis lanceolatis longioribus.

Petala infrà conniventia, tria alterna cæteris paulò longiora latioraque.

Staminum filamenta dilatata, acuta, alterna petalis longioribus opposita vix cæteris latiora; antheris versatilibus.

Germen ovatum, striis tribus exaratum; stylus teretiusculus, staminum altitudine; stigma obtusum.

Capsula supera, ovata, trisulca, trilocularis, trivalvis, valvulis medio septiferis.

Semina in quovis loculamento sex ad decem suborbiculata, rugosula, atra, septo valvularum medio affixa.

Habitat in Syriâ juxtà Laodiceam ad mare.

Explicatio Tabulæ 8ª. Fig. 1;

Dec. 5ª.

1. Planta. 2. Flos expansus. 3. Capsula dehiscens. (Figuræ præcedentes naturali proportione.) 4. Semina magnitudine naturali; alterum auctum.

ANTHERICUM GRÆCUM.

Hexandria monogynia.

Char. essent. *Cor.* hexapetala, patens. *Capsula* ovata.

Sectio * Phalangium *foliis canaliculatis, filamentis sæpiùs glabris.*

A. Scapo simplici, folioso, foliis planis, infrà lanatis, floribus subcorymbosis.

Bulbocodium græcum, myosotidis flore. *Tournef. Cor.* 50.

A. Foliis planis, scapo simplici, floribus corymbosis, filamentis lanatis. *Will.* 2. *p.* 136. *Syst. veg. p.* 330.

Planta bulbosa, sesquipalmaris.

Folia plana, linearia, margine infrà barbata; radicalia ut plurimùm scapo breviora.

Scapus foliosus, teres, foliis tribus ad quatuor sensim minoribus.

Flores subcorymbosi; petalis lineatis, alternis tribus exterioribus vix cæteris longioribus.

Staminum filamenta subulata, alternis tribus brevioribus; antheris subovatis.

Germen elliptico-oblongum; stylus brevis; stigmate subcapitato, truncato.

Capsula supera, obovato-oblonga, trisulca, trilocularis, trivalvis; valvulis medio septiferis.

Semina numerosa, semiovata, utrinquè plana, fulva, dissepimentorum marginibus duplici serie in quovis loculamento affixa.

Habitat in insulâ Cypri.

Observatio.

Comparatione factâ cum herbario Tournefortii, in synonymiâ confidendum.

Explicatio Tabulæ 8æ. Fig. 2;

Dec. 5æ.

1. Planta naturali magnitudine. 2. Flos vix auctus, expansus. 3. *Ejusdem* portio auctior petalis et staminibus binis cum pistillo conspicuis. 4. Capsula paulò aucta, stylo coronata. 5. Capsula dehiscens itidem aucta. 6. Capsulæ auctæ sectio transversalis. 7. *Ejusdem* semina seorsùm.

ANTHERICUM VILLOSUM.

A. Scapo folioso, paniculato, corollis pedicellisque villosis.
Ornithogalum orientale, villosum, flore luteo, magno. *Tournef. Cor.* 26.

Planta bulbo semiorbiculari, mediocri, palmaris et ultrà.

Folia plana, linearia, radicalia scapi longitudine, in scapo pauca, sensim breviora, superiora spathacea, villosa.

Flores paniculati, lutei, petalis obovato-oblongis, lineatis pedicellisque villosis.

Habitat in Asiâ minori juxtà Ephesum.

Observatio.

Hanc fuisse sculptam ex delineatione in loco natali à Tournefortio allatâ, et à D. de Jussieu benignè communicatâ, adnotandum est.

Explicatio Tabulæ 9ᵃᵉ. Fig. 1;

Dec. 5ᵃ.

1. Planta naturali proportione. 2. Petalum internè visum, magnitudine etiam naturali.

LEPIDIUM OPPOSITIFOLIUM.

Tetradynamia siliculosa.

Char. essent. Silicula emarginata, cordata, polysperma; valvulis carinatis, dissepimento contrariis.

L. Foliis obovatis, sessilibus, corymbo fructuum subumbellato.

Planta procumbens, spithamæa ad pedalis, exsiccata fragilissima, articulis intràfoliaceis disrumpens.

Folia obováta, sessilia, integerrima, crassiuscula, opposita (quod rarissimum in Cruciferis), vix unguicularia.

Calycem jam deciduum non vidi, petala verò pauca ad basim fructûs persistentia, omnia æqualia, elliptico-oblonga, unguiculata.

Silicula cordata, suprà emarginata; stylo brevi coronata, compressa, bilocularis, bivalvis, valvulis carinatis, dissepimento elliptico-oblongo contrariis.

Semina in quovis loculamento bina, rarè solitaria, elliptico-oblonga, sub stylo fune umbilicali appendiculata.

Habitat in Libano.

Explicatio Tabulæ 9ᵃᵉ. Fig. 2;

Dec. 5ᵃ.

1. Plantæ portio magnitudine naturali. 2. Ramuli sectio. 3. Capsula petalis duobus sub basi conspicuis. 4. Capsula dehiscens. 5. Dissepimentum seminibus binis conspicuis. 6. *Idem* è latere visum, seminibus omnibus conspicuis. (Figuræ præcedentes naturali proportione.)

TRIFOLIUM COMOSUM.

Diadelphia decandria.

Char. essent. *Flores* subcapitati. *Legumen* vix calyce longius, non dehiscens, deciduum.

Sectio ***** Lupulina, *vexillis corollæ inflexis.*

T. Spicis oblongis, comosis, floribus reflexis, vexillis suborbiculatis, persistentibus, calycibus pilosiusculis.

Planta annua, caulibus erectis, spithamæis, suprà præsertim pilosis, vix ramosis.

Foliola obovato-oblonga, serrata, pilosa, stipulis suprà denticulatis, ciliatis.

Spicæ cilindraceæ, sesquipollicares, comâ calycinâ florum abortu comosæ.

Flores fertiles, pedunculis brevibus reflexi.

Calyces subpilosi, dentibus superioribus binis multò cæteris brevioribus.

Corolla spadicea demùm castanea, persistens, vexillo suborbiculato, nervoso, infrà attenuato, unguiculato, bidentato, carinâ infrà bifidâ, alis breviori.

Stamina diadelpha, vix pistilli longitudine.

Legumen obovatum, pedicellatum, uniloculare, monospermum, stylo superstite coronatum.


Habitat juxtà Baruthum Syriæ.

Explicatio Tabulæ 10æ;

Dec. 5æ.

1. Planta integra naturali proportione. 2. Folium auctum, stipulâ expansâ conspicuâ. 3. Flos auctus. 4. *Ejusdem* calyx seorsùm. 5. *Ejusdem* petala expansa. 6. *Ejusdem* pistillum et stamina. 7. Legumen vix auctum. 8. *Idem* multò auctius. 9. Semen auctum.

FINIS.



Poiteau del.

Dien sculp.

Heracleum carmeli



Poiteau del. Dien sculp.

Enarthrocarpus arcuatus.



Poiteau del. Dien sculp.

Campanula retrorsa.



Poiteau del. n sculp.



Poiteau del. Dien sc.

Fig. 1. Campanula damascena. Fig. 2. Veronica pedunculata.



Dien sc.



Poiteau del.

Triseluim arenarium.



Dien sculp.


Poiteau del.

Fig. 1. Ornithogalum lanceolatum. Fig. 2. Anthericum græcum.



Poiteau del. *Dien sculp.*

Fig. 1. Anthericum villosum. Fig. 2. Lepidium oppositifolium.



Turpin del. Dien ſculp.

Trifolium comoſum.

00055049

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 09 July, 2016